



LL
0965ek

P. OVIDII NASONIS

EX PONTO

LIBRI QUATTUOR

AD CODICVM FIDEM EMENDAVIT APPARATV CRITICO

INSTRVXIT

OTTO KORN

PHIL. DR.



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXVIII

Handwritten scribbles at the top right of the page.

48 17

17 18 7 90
8

HENRICO KORN

RERVM SACRARVM APVD PRITZERBENSES MINISTRO

PATRI

FRIDERICO RITSCHL

PRAECEPTORI

PIETATIS ERGO

OVIDIUS

EX PONTO.

- A** fragmentum Guelferbytanum saec. VI uel VII. Contuli ipse.
A codex Hamburgensis saec. XII. Contuli ipse.
β codex Bauaricus saec. XII. Contulit Harlesius.
B cod. Argentoratensis saec. XII uel XIII. Contuli ipse.
C cod. Parisinus 7993 saec. XIII. Contulit Nic. Heinsius.
D cod. Parisinus 8239 saec. XIII. Contulit Nic. Heinsius.
E cod. Moreti. Contulit Nic. Heinsius.
F cod. Basileensis saec. XIV. Contulit Alfr. Holderus.
G cod. Patricii Iunii saec. XIV. Contulit Nic. Heinsius.
L cod. Gudianns. Contuli ipse.
N codex italicus ab Bersmanno conlatus.
O excerpta Scaligeri. Enotauit Nic. Heinsius.
P cod. Lipsiensis saec. XIII. Contuli ipse.
R fragmentum Durlacense. Contulit Alfr. Holderus.
ε cod. Erfurtanus saec. XIII (?). Contulit Herelius.
V fragmentum Louaniense. Contulit Nic. Heinsius.
Medic. pr. codex Medicus saec. XII. Contulit Nic. Heinsius.
τ codex sine nomine ab Heinsio citatus.
ψ nonnulli codices ab Heinsio sine nomine laudati.
ω plurimi codices Heinsii quorum nomina nesciuntur.
π omnes codices excepto A uel (in II. III. IV) β (A^1).

PRAEFATIO

DE CODICIBVS LIBRORVM OVIDII EX PONTO.

Epistularum, quas Ovidius inde ab anno urbis 765 ex-
eunte¹⁾ scripsit, quatenam fuerit fortuna, ex paucis illis locis
conicere licet quibus poeta ipse lectos esse etiam exulis libros,
sed minus placuisse, multorumque inuidiam, auctore ab-
sente iam procaciorē, expertos esse dicit²⁾. Cui inuidiae
etsi ille rectissime opposuit, nil nisi quae ipsius animum
afficiant, componere poetam posse, tamen eo mortuo, cum
iam quid homo dum Romae fuit celebratissimus apud Ge-
tas ageret minus curae esset, neque interesset quae qualia-
que ausus esset ut in patriam rediret repetere, carmina Pon-
tica in magna iacuisse videntur obliuione. Certe apud scri-
ptores eorum quae insecuta sunt saeculorum nulla est horum
carminum memoria. Quorum sexto demum vel septimo sae-
culo primum extat uestigium FRAGMENTVM GVELFERBYTANVM,
quod C. Ph. Chr. Schoenemanni felicitati debemus. Is
enim³⁾ 'hoc fragmentum codicis, omnium qui Ovidianorum
carminum supersunt antiquissimi in tegumento interiore ue-
teris moralium Nic. de Lyra editionis in bibliotheca Augusta'

1) cf. Masson. ap. Burm. IV, 102.

2) cf. e. gr. ex P. III, 9, 1 sq.

3) cf. Bibl. Augustae sive notitiae, et excerptorum codicum Wolfen-
büttele. specimen exhibet C. Ph. Chr. Schoenemann. Helmstadii 1829 Progr.
p. 20 sq.

repperit⁴⁾. Sunt autem duorum foliorum partes inferiores, in margine summo plurifariam proscissae, quorum in singulis paginis, ex quo Schoenemannus reliquias scriptoris nescio cuius ecclesiastici, litteris longobardicis uersibus Ovidianis superimpositi, ablutas sustulit, quaterni uersus fere pleni leguntur, ad quos in paginis prima, tertia, quarta eorum qui superiores fuerant uersuum fragmenta exigua accedunt. Ea autem quae legere potuimus, adscripsimus, quod Schoenemannus et neglexit nonnulla et falsa quaedam protulit. Sequemur autem codicis quamquam parum recte compositi ordinem. Primi igitur folii in parte antica haec sunt (opp. ex P. IV, 12, 15—19)

bISECOSIDITHSAUSIMCORRI[mp]t[er]n[on] nomen]
 RIDEARET MERITOPECTUS HABERE NEGER
 HAECOMIBICAU SAFUITLATIO ÆNERIS BUIUS
 QUOD MEUS ADIECTO FERIORE REDDET AMOR
 TEQUE CANAM QUACUMQUE NAIATIBICAROMINAQUITA

secuntur in parte postica eiusdem folii uersus opp. ex P. IV, 12, 41—44.

[effi]CECONSTANTIPROFUGUMPIETATECOLENDO
 NESPE MEAMDESERATAURARATEM
 QUIDMAMDEMQUAERIS PEREAMONISIDICEREUIXEST
 SIMODOQUIPERITILLEPERIREPOTEST

In alterius folii parte priore haec adparuerunt (opp. ex P. IV, 9, 101—108)

n]os
 361
 ONSIT
 PROXIM[a dant]NOO[is oppida mun]SIDEN

4) in tegumento libri coriaceo passim impressum legitur nomen biblioepi *Johns Grême*; quod si alibi inuenietur, extentue aliae codicis de quo agimus lacinae, similiter in usum biblioepi usurpatae disquirendum erit.

NEC PIETAS^{a)} CNOTA M DE AE STI H DE THOSPITA ERRA
 IN NOSTRA^{b)} SACRUM CAESARIS ESSE SEDOMO
 STANT PARITER NATUS QUE PIUS CONIUNXQUE SACERDOS
 NUMINA IANOFATONONLEI HORADEO

Reliqua est altera alterius folii pagina, conscripta illa uersibus uersuumque particulis inde a IV, 9, 127 usque ad uersum 133 tali ordine;

TUC[erte]
 CAE[sar]
 TU NOSTR[as audis inter e] OMN[exa], UCATUS
 S'DERASOLLICITOQUASDA M USOREPRAECES
 PERDENIANTISTUCETCARMINAFORSITANILLA
 QUAEDETEMISSECELI TEFACTANOUO
 AUGURORHISIGITURFLECTITUANUMINANECTU.

Iam si pauca haec fragmenta perpendimus, fieri non poterit quin dolore adficiamur tantae dignitatis libri amissi: sat enim magnos ex frustulis illis fructus capimus. Primum autem, ut ex eis ordiamur quae primo obtutu perspiciuntur, non tam eius, qui codicem Hamburgensem scripsit, incuriae dandum esse adparet, quod is liber multis et uariis mendis foedatus est, quam archetypi codicis conditioni. Vitiorum autem, quibus et Hamburgensis liber et Guelferbytanus laborant, tanta est aequalitas ut alterum ex alterius apographo fluxisse merito contendas. Nam quod saepius fit in Hamburgensi ut syllabae priores uerborum, si quae antecedentium uocabulorum syllabis extremis pares sint uel similes, prorsus omittantur (cf. R. Merkel. praef. ad Ouid. III p. IV), idem in Guelferbytano uitium admissum est (IV, 9, 132; 12, 17), quamque codicis Hamburgensis scribae miramur negligentiam, qua *e* et *ae* adeo in promiscuo habebat, ut eis ipsis locis, quibus *e* soli locum esse metro doceri de-

a) intercidit I.

b) sic scripta sunt non ut Schoenemann. dicit: INOSTRA

buit, diphthongum haud ita raro pingeret (cf. e. gr. II, 8, 16 *praeces* II, 7, 45 *seriae eccata*); eandem in Guelferbytani codicis librario deprehendimus (cf. IV, 9, 130). Accedit quod aeque ut Hamburgensis liber is codex cuius fragmentum Guelferb. superest, singulis quibusdam uersibus caruisse uidetur. Nam cum inter uersum IV, 9, 108 quo prior prioris folii pagina finitur uersumque IV, 12, 44, in quem posterior alterius folii pagina exit, uersus CLXXXVI intersint, quos spatio septem paginarum scriptos fuisse uerisimile est, eo ratio redit ut in singulis paginis XXV uersus scripti uideantur, uno uersu male omissis. Qua in ratiocinatione eorum titulorum non habuerimus rationem et ipsa re indicatur, quoniam numerum tribus uersibus maiorem cum septem paginarum numero componere non licet, et ubi de titulis agemus magis adparebit.

Iam ad rationem criticam quae sit fragmenti Guelferbytani uis et auctoritas pauca adnotemus. Quam propter antiquitatem libri permagnam esse debere manifestum est: antiquitati quantum textus quem dicunt condicio respondeat uidebimus. Lectiones autem singulares nec alicunde notae hae sunt: IV, 9, 103 *non sit* et IV, 9, 108 *fato*; notae quidem, sed ante R. Merkelium non insertae textui: IV, 12, 18 *amor* IV, 12, 43 *quaeris*. Quarum lectionum eam, quam primam posuimus, si artis criticae regulas sequimur, quibus difficiliora quaeque ueriora ducere iubemur, ueritatis summam speciem praebere non est quod exponam. Unde R. Merkelius ceterorum omnium qui innotuerunt codicum consensu neglecto eam restituit, non minus opinor Guelferbytani libri uetustate adductus, quam quod coniectiui modi formas in libris recentioribus indicatiuis mutatas saepissime animaduuerat. Altera lectio quae ad IV, 9, 108 notata est sensu carens uitiorum uulgarium farragini est addenda. Eae autem quae restant et iudicium de recentioribus codicibus firmant et quam temere Nic. Heinsius in textu restituendo uersatus sit ostendunt. Is enim IV, 12, 43, quod saepissime fecit, suo arbitratu pro eo quod a codicibus tra-

ditum est *'queris'* *'quaeras'* scripsit, quod nisi fragmenti Guelferbytani auctoritas esset, apud Merkelium quoque legeremus. Maiorem difficultatem sublata esse gaudemus IV, 12, 18. Lectio enim *'amor'* quamquam testibus haud caret, plurimi tamen ex eo genere sunt, quibus ut ueram habeamus, uix moueamur. Accedit quod uersus in eorum numero est quos in memoria haerentes ex parte quidem Ouidius repetiit (cf. ex P. I, 5, 26). Ea enim ille hemistichia, quod equidem meminerim, raro nec nisi sententiarum ratione cogente inmutauit (cf. ex P. I, 6, 31 et trist. IV, 1, 5; ex P. II, 3, 60 et trist. V, 13, 8; ex P. II, 6, 38 et a. a. II, 732; ex P. II, 7, 42 et IV, 6, 52; ex P. IV, 7, 46 et am. II, 8, 28). Denique ne id quidem parui pendendum est, quod lectio *'amor'* cum lectione *'ager'* conlata facilius intelligi potest, quae res, si solis eis quos diximus libris recentioribus illa niteretur, ut damnaremus moueret. Nunc libri antiquissimi fidem sequimur, cuius quod assecla est codex Bauaricus id quanti sit mox illustrabitur.

Atque haec quidem de fragmento Guelferbytano. Proximus huic sed aliquot saeculorum interuallo seimctus est liber HAMBURGENSIS (A), quem cum Nic. Heinsius Rudolfusque Merckelius saeculo nono uel decimo adscripsissent, Fr. Ritschelius saeculi duodecimi potius esse intellexit. Continet a fol. 223 usque ad fol. 250^b epistularum ponticarum partem priorem inde a I, 1, 1 usque ad III, 2, 67, foliorum ordine biblioepi negligentia sic perturbato ut haec sese excipiant: I, 1, 1—2, 152; I, 4, 1 — II, 1, 45; II, 7, 80 — III, 2, 67; II, 1, 46 — II, 7, 79. Tertia libri primi epistula deest. Codex primum ab N. Heinsio, tum nostra aetate ab R. Merckelio conlatus, tanta ab hoc diligentia descriptus tanque eleganti doctrina suo loco uindicatus est, ut de summa re nihil quod addam habeam. Quod tamen sunt in quibus Merckelii iudicium minus sequar, ea ita sunt comparata, ut non tam illi aduersari, quam quae magis significare quam exponere uoluit, explicare uidear. Ille enim non modo, id quod in programme Vesaliensi anni h. s. LXVI demonstrare studui,

Hamburgensis libri. quem fundamentum crisis Ouidianae esse cognouit, lectionibus saepius neglectis, recentiorum codicum interpolationes secutus est, sed etiam, quo de nunc agam, interpolationibus codicem cum prorsus carere nimis cupide iudicauit. Contra ego interpolatorum fetus in pontica quoque Ouidii carmina inuasisse non dubito. Qui etsi non tot tantique sunt, quanti in aliis libris Ouidianisprehenduntur, neque, id quod Merkelius recte uidit, e grammaticorum studiis fluxerunt, tot tamen uestigiis adparent, ut negari non posse uideantur. Quamquam non eius temporis, quo liber A exaratus est, eos esse, sed ipsum huius archetypum inquinauisse, si quae de codicis A scriptoris indole Merkelius disputauit reputaueris, facile concedes.

Atque ut primum eius generis quod ad uoces singulares pertinet, exemplum adponam, non huc retulerim eum cuius Merkelius mentionem fecit locum, qui est II, 5, 67, propterea quod codicis A lectionem

thyrsus sublestate gustata est

non tam cum Merkelio ex dittographia

thyrsus si nob' gestata P gustata est

natam esse reor, quam a solita scribae negligentia literas extremas iterantis repetendam. Veram enim archetypi manum in codice Bauarico, quem Harlesius contulit, quemque ad archetypum proxime accedere infra exponemus,prehendisse uidemur, in quo haec sunt:

tirsus ubi est a te, gestata est l. n.

Hoc igitur loco omissa interpolationis demonstrandae causa adscribimus quae sunt II, 9, 37

fac profugus intra tua castra iacenti.

Quae cum haud dubie syllaba intercepta corruptelam passa sint atque a Merkelio recte hoc modo restituta

fac profugo *prosint* tua castra iacenti,

sat dilucide opinor interpolatorem produnt. Quamquam quod huic adiungatur simile prorsus exemplum non habeo: plura uero additamenta uersuum inueniuntur. Quibus additamentis trifariam locus facultasque data est: primum ex lacunis, tum

ex interpretamentis hic illic margini additis, denique ex scholarum usu. Harum interpolationum singula genera locis singulis (I, 3, 85. 86; II, 2, 35—38) demonstrare studuimus (mus. rhen. XXII p. 205—216). Superest ut de illo loco quem supra laudauimus disputemus quem Merkelius in textu editionis obelo transfixum, in praefatione coniectura addita seruauit geminumque se habere enuntiavit. Haec autem leguntur ex P. II, 5, 67. 68:

thyrsus enim nobis, gestata est laurea nobis:

sed tamen ambobus debet inesse calor.

uar. lect.

67. thyrsus sublestate gustata ē laurea nob *Hamburg.* tirsus ubi est a te gestata est l. n. *Bauaricus.* thyrsus inest *Putean. et nonnulli Heinsii codd.* adest *Guelferbyt. in marg. Basileensis et nonnulli Heinsii codd.* th. ubi est a te *Combi codex.* th. enim nobis, g. e. l. nobis *Burm. Verpoorten.* delphica non aequae gestata est l. n. *Guelferbyt. et duo Heinsii codd. Probauit R. Bentley.* 68. inesse calor *con. R. Merkel.* 67. 68. 'totum distichon dubiae fidei est suspectum' *N. Heinsius.*

Vides omnia fere, quae locis haud dubie interpolatione corruptis I, 2, 8 sq. et II, 2, 33 sq. notata sunt, ne hic quidem loci deesse. Habes lectionum uberrimam uarietatem, habes hexametri duplices recensiones. Accedunt alia. Et enim si hexametrum quem supra adscripsimus cum eo uersu conferes, qui ab Merkelio, *Hamburgensis* libri auctoritatem secuto deletus est I, 8, 20

se nimis ulciscens extitit ipse nocens,
 quanta utriusque sit similitudo non te effugiet. Quamquam originem utriusque fetus diuersam fuisse mihi persuasum est. Nam cum uersus I, 8, 20 lacunae explendae studio originem deberet, ex quibus uersus II, 5, 67. 68 deriuati sunt fontes ad marginale ni fallor scholion redeunt, quod uersibus 69. 70 additum erat. Haec enim fere adnotata erant: 'ambobus (sc. et eloquentiae et pœsi) debet esse calor.' Unde primum hexameter ortum cepit, cui, ne lacuna esset, haud ita multo post pentameter additus est, quem in editionibus legimus. Qui cum neque intellexeretur, neque sententiarum nexui satis faceret, non defuit qui nouum consarcinaret

hexametrum, in Gudiano codice Politianique schedis traditum. Quamquam ne enim quidem probabis, si qualis sit sententiarum ordo respexeris. Nam cum poematis inde a uersu 57 ratio ea sit, ut Ouidius quomodo fieri potuerit quaerat, ut ipsius carmina Salano probentur, uersibus 65. 66 et 69. 70 eo res ducitur, ut in carminum indole oratoria caussam fauoris se repperisse poeta fateatur. Quod quam sit cum poesis generi ei, quod Ouidius exul coluit, tum ipsius indoli consentaneum, non est quod moneatur. Eum sententiarum nexum illud quod uersibus, ut nunc sunt, 67. 68 efficitur distichon insulsissimum doctrinaeque uanae specie adumbratum temere interrumpit. Unde plane tollendum esse censeo.

Haec eis quae de codice Hamburgensi in mus. rhen. l. l. dixi sunt addenda.

Non minus bono ex fonte quam codex Hamburgensis manuit BAVARICVS (β) ab Th. Ch. Harlesio accurate conlatus, qui nunc ni fallor Monachii adseruatur. Est codex, ut Harlesii uerbis utar, oblongae formae, et pollicum fere decem longitudinem, latitudinem quinque fere explet. Membrae ipsae sunt crassae, ut plurimum lectissimae et paucis lituris inquinatae. Litteris per totum librum minusculis, si a primis singulorum uersuum maiusculis discedas, usus est librarius haud plane indoctus. Inscriptiones carminum et litterae, a quibus singulae epistolae incipiunt, rubro colore sunt scriptae. Compendia scribendi nec adeo frequentia nec aequae in recentioribus praecipue chartaceis intellectu difficilia minus impediunt et sustinent lectorem. In scribendi ratione non omnino delicatus fuit is qui scripserat nec negligens. *Coniunc.*, *quotiens*, *totiens* *tinguo* etc. posuit, et in uerbis compositis ab *in* aut *con* incipientibus *u* ut *immitto* semper seruauit. *Ad* uero in compositis mutauit saepe ut *aspicio*. Diplithongos non amauit librarius (sic!): in uerbis tamen primae declinationis *ae* per *e* uirgula aduoca inferius adscripta expressit. In nominibus propriis — a uera scribendi ratione aberrauit saepius. In fine uocabulorum *f* longius-

culum more saeculi sui retinuit. *Codicem ipsum saeculo XII ab alio quodam peructusto et optimate notae descriptum puto.* Recentior tamen aliquis possessor aliorum lectionem uel suprascriptam uel antiquiore deleta correctam multis in locis proposuit. In lectionibus cum Sarrauiano (i. e. Hamburgensi) fere congruit; singulas uero lectiones ab reliquorum scripturis plane diuersas exhibet pauca. Haece igitur Harle-
sins: qui quae diuinauit potius quam intellexit, egregium criticae arti instrumentum hunc codicem esse, paucis illustrabimus. Ac primum quidem uersus qui in codicibus recentioribus sunt post I, 2, 8 et II, 2, 32, quos in editionibus plerisque lectos ex parte Merkelius remouit, β non habet, nec I, 8, 20 ubi A uersum omittit, figmentum istud librorum recentium

se satis ulciscens extitit ipse nocens,
sed longe aptiorem habet pentametrum, quamquam ne eum
quidem genuinum duco:

audaces animos contuderit populi.

Tum uero plurimis locis cum A solo aut ueras seruauit lectiones, aut certe ab ceteris codicibus dissentit: uelut I, 8, 44 *clodia* II, 9, (49) 45 *tassis* ib. 53 (57) *origine* 65 (69) *illa* 89 (93) *quibus o licuit* 101 (105) *usus* II, 3, 84 *aeithali silua* II, 4, 22 *euclide nestorideque* II, 7, 24 *planus nostris casibus (planis n. c.)* II, 7, 35 *uerear* II, 8, 35 *indeflebile* II, 9, 43 *gentisue pheraeae*. Nolo quot quibusque locis cum A et parte recentiorum codicum ueri testis sit pluribus demonstrare, cum eis, quae posui, summa inter A et β affinitas satis manifesta fiat. Qua freti nonnullis locis β codicem A libro, antiquiori quidem sed corrupto, anteposuimus. Velut ex eo restituimus II, 4, 7 *ante oculos nostros posita est tua* II, 8, 53 *tuta* II, 7, 83 *nauim*. Ceterum eas partes in quibus A caremus, β libri uestigia secutus restitui, prorsus neglectis recentiorum exemplarium elegantiss, quorum ad normam N. Heinsius, cuius in tertio quartoque libro R. Merkelius assecla est, textum conformauit. Quamquam ne β quidem uitii caret uel negligentiae (eorundem uerborum sunt

repetitiones (cf. II, 9, 19) vel interpretationis, quo in genere id praecipue grassatum est, quod notionibus, quae ceteris codicibus testibus uerbo praedicatio carent, ipsum id uerbum, uel potius tertia singularis numeri forma, nam ea sola agebatur, addita est.

Interpolatorum codicum primus est codex ARGENTORATENSIS (B), quem Heinsius saeculo XI adscripsit, ego duodecimi potius uel tertii decimi saeculi esse crediderim. Codex, quem F. G. Bergmanni decani beneficio in manibus habui, adseruatur in bibliotheca seminarii euangelici Argentoratensis (not. C. V. 27). Is liber decem fere digitos altus, quattuor digitos latus niginti tribus primis foliis, quorum in singulis paginis quadrageni quaterni sunt uersus, epistularum ponticarum continet partem priorem ab I, 1, 1 — III, 5, 34, cum foliis inde ab uicesimo quarto ad tricesimum tertium, quinquagenis per singulas paginas uersibus, heroides quas uocant legantur, ne eae quidem integrae, quippe quae uersu XIX, 231 finiantur. Diuersis temporibus utrumque opus scriptum esse facile intellegitur, siue chartam spectas illic crassam hic tenuissimam, siue litterarum ductus in heroidibus uix saeculo XIII aptos, seu denique formam codicis ipsam haud dubie ex duobus exemplaribus a bibliopogo compositi. Addo heroidas ab Loersio conlatas esse, sed, praesertim ubi oculorum acie opus erat, parum accurate.

Epistularum ponticarum codex trium est partium, inter se fere aequalium, a diuersis hominibus exaratarum, quarum prima ab I, 1, 1 ad I, 9, 28 pertinet, altera ab I, 9, 29 ad II, 9, 21, tertia ab II, 9, 22 ad III, 5, 33. Pentametri non reducti, librorum neque initia notata neque exitus, nisi quod in summa pagina prima colore olim rubro, nunc euanido haec scripta sunt: *Incipit ouidi de ponto ad b. . . .* Epistularum singularum tituli rubro colore picti linearum singularum spatia explent. Schedis duabus codici adpositis de origine eius docemur. Quarum in altera haec leguntur scripta:

*Ornamentum hoc bibliothecae
Constantinopoli in
Germaniam translatum
meo mihi
aere comparavi
Tubingae Cal. Ian. MDCXXI*

ubi quod desideratur nomen ex codice Vergilii Argentoratensi, in quo eadem sunt ita suppleuit Oberlinus: *Henricus Albertus Hamilton Dumas* (cf. Oberlin. praef. ad epp. ex P. p. XV sq.). De ortu igitur codicis edocemur ac de quodam eius primo (?) possessore H. A. Hamiltone, ut tamen neque de tempore, quo liber in Germaniam translatus sit, neque de eo qui transtulerit, fiamus certiores. Hamiltonem certe bibliothecae Argentoratensi librum dono dedisse, quod Oberlinus nescio quo errore ductus coniecit, id prioris schedae uerbis redargui uidetur his:

*Johannes Werckerr
Reip: patr. p. t. consul
et scholarcha 1644
ao. Christi 1644.*

hunc enim uirum uerisimile est bibliothecam eo codice donasse.

Atque haec quidem de codicis condicione ut ita dicam externa: iam ut ad ipsum textum ueniamus, siglae quae dicuntur fere eadem sunt, quas R. Merkelius ex Hamburgensi notauit, orthographia pro temporum discrepantia dissimillima. Ne dicam *is* syllabam in exitu accusatorum decl. III quam Λ et β saepius seruariunt, semper in *es* esse mutatam, tanta est formarum uarietas, ut quid rationi cuidam uel consuetudini tribuendum sit, quid scribentis errori, dignosci fere nequeat. Legitur fere semper *nichil*, rarissime *nichi*, nunc *quotiens* nunc *quoties*, hic *difert* illic *differt*, saepissime *hiemps*, *dampna*. *autumpnus*, nonnullis locis *hiems*, *autumnus*, haud ita raro *tolterare*, *illar*, *accuat*, *ammonitu*, cum uera non desint, legitur et *thuraque*, *thomite*, *thoros*, et *teromedon*, *itaci*, *tessalicamque*, *ericonius*, *ortos*, et *horestee*, *cohercet*, *harenis*, *histro*, *loras*. *c* et *t* mutantur, sed ut *c* crebrius occurrat; inuenitur *cercior*

ocia, noticiam, pociaris et tenatia, sautia, solatia. i semper fere loco *y* litterae legitur, nisi quod semel *achylle* scriptum est. Haud raro *i* et *g* mutatae sunt (I, 2, 100 *magus*, I, 6, 42 *ingecta*) quod idem in codice Lipsiensi saec. XIII animaduertimus. Adde cum Hamburgensi conspirare Argentoratensem in his fere formis: *incolomis, iocundus*.

Codicem ex libro transcriptum esse cuius scriptura esset uncialis eaque continua tum plurimis uerbis quae non erant coniungenda demonstratur coniunctis, tum litterarum commutationibus quae inde repetuntur: uelut *h* et *n*, *h* et *b*, *i* et *l*, *s* et *i*, *e* et *o*, *e* et *i* hic illic confunduntur.

Verba ipsa, ad quae transimus, Hamburgensi libro tantum sunt similia, ut nisi de Constantinopolitano libri ortu constare uideretur, ex illo eum deriuatum esse facile crederes. Primum uide errorum consensum: I, 5, 6 *ut capeant uitio* A *ut capeant uicium* B I, 7, 44 *stultitiam* — *meam* A *stulticiam* — *mea* B I, 1, 15 *frugifero sentimus inuitiles herbe* A *frugiferum sentimus inuitiles herbe* B II, 1, 16 *nomen* AB II, 2, 77 *penas adde quietis* A *penos adde quietis* B II, 3, 51 *resistes* AB II, 7, 66 *esse dari* AB II, 4, 16 *regentis* AB II, 8, 51 *rure* AB II, 6, 23 *fortuna accedere* AB: deinde uide uerborum consensum his locis: I, 2, 5 *quaerus* 4, 19 *malorum* 4, 42 *umor* 5, 10 *coacta* 5, 67 *quo mihi* 6, 13 *hoc quoque fortunae* 6, 21 *tutum* 6, 43 *quidque facis* 7, 8 *habere uelint*. Conpara porro utriusque libri lectiones eis locis quibus B correctus est: I, 6, 11 *cum* A ^{l'cū} *qua* B I, 7, 9 *non satis* A ^{l'non l'nos} *cui satis* B I, 8, 11 *caspios aegisos* A ^o *caspius uegissus* B I, 8, 32 *carat* A ^a *cūra* B I, 8, 69 *optes* A ^e *optas* B II, 2, 50 *o mihi* A ^o *ei mihi* B II, 10, 40 *equoreos* A ^o *equoreas* B. At his et aliis, quae uno ex fonte A et B manasse prope euincere uideantur, obstant, quae latissimo spatio libros inter se disiunctos esse conprobent; primum uersus interpolati II, 2, 8 et 2, 33sq., tum singulorum uerborum temeraria friuolaque mutatio. Cuius corruptionis haec notare lubet exempla: II, 2, 37 *ules* A *anas*

B *ib.* 51 *nitior* A *furor* B *ib.* 69 *ille* A *ipse* B II, 5, 60
foedera quisque A *sidera queque* B II, 7, 40 *cauantur* A *mo-*
uentur B II, 7, 45 *caecata* A *calcata* B II, 8, 13 *uidebam*
 A *solebam* B *ib.* 21 *in* A *ab* B II, 8, 69 *sic ingarabarmis* A
sic iungar ab armis B II, 9, 21 *commune deos* A *commune decus*
 B II, 9, 26 *icta iouis* A *ulla iouis* B *ib.* 30 *cur sua sexta* A
cur sua sacra B *etc.*

Haec sufficient, ex quibus libri B natura intellegatur. In quem cum ex fonte satis bono quique ab A nullo fere interuallo distaret deriuatus sit, tamen a temporis quo scriptus est ratione, quo tempore corrigendi in usum legentium textus studium effloruit¹⁾, satis multi inuaserunt errores, quibus auctoritas eius ualde minuitur.

Quinto loco ponenda uidentur EXCERPTA SCALIGERI (O) quorum conspectum Heinsio debemus (cod. bibl. reg. Berol. 1076), qui ipse quanti sint pretii uerbis declarauit²⁾, re, ut solet recentiorum librorum elegantiss selectis, minus probauit. Nunc ubi de Hamburgensi libro rectius iudicatur, ne haec quidem excerpta, cum Argentoratensi accuratius archetypum sequantur, praetermittenda sunt. Quod paucis locis in conspectu positis facile intellegitur

- I, 9, 24 nec ignoscitur — negas A
 nec ignosci cur — negas O
 nec ignosci tu — nega Bβ
- I, 10, 15 cuiuos A cuiuis Oβ cuius B
- II, 3, 84 acithali silua Aβ
 ithali silua O
 itala silua B
- II, 7, 35 uerear qua t̄ reat A
 uerear quo terrear β
 uerear qua tu rear O
 uertor quia te rear B

1) inde repetierim quod in B II, 2, 8 sq. II, 2, 33 sq. aliquot disticha inueniuntur, multis coniecturis aspersa, ex quibus quot qualesque homines in istis locis desudauerint cognoscitur. Longe aliter res se habet in cod. Basileensi cf. *Bemerkungen zur Handschriftenkunde* p. 10.

2) praef. ap. Burmann. III p. 701 b.

Adde: I, 1, 51 *linigerac* AO *lanigerac* β *lagere* B I, 1, 69
teredine AO *uredine* β *putredine* B β I, 5, 79 *laudare syene*
 AO *laudere syenae* β *laudere sirene* B I, 7, 36 *ista* A β O *illa*
 B I, 9, 32 *caues* AO *caue* β B II, 1, 33 *institiamyque sui caste*
plucasse parentis A β ?O *institiaque sui c. pl. p.* B II, 1, 46
Eato A β ?O *fuit* B II, 2, 49 *lassis* A β O *lapsis* B II, 3, 18
supputat A β O *supputet* B II, 7, 45 *caecata* AO *uecata* β *cal-*
cata B II, 7, 77 *pleno* A β O *recto* B II, 8, 45 *indeflebile* A
 β O *admirabile* B —. Adiungo eos locos quibus A β OB con-
 sentiunt: I, 4, 19 *malorum* 30 *tremit* 57 *principe* I, 5, 67
quo mihi 80 *pingit* I, 7, 19 *idque sit ut uerum* I, 9, 52
uertit amoma I, 10, 12 *uaua* II, 1, 36 *saxaque roratis* II,
 1, 60 *ipse suis (ante suis β)* II, 2, 31 *tuta est* II, 2, 75 *natos-*
que nepotum II, 2, 57 *origine* II, 3, 29 *nosse uideri* II, 3,
 93 *lassis* II, 4, 20 *inuctis* II, 9, 70 *linis (linguis β)* II, 10,
 15 *tradit (trahit A)*.

Sed quominus tanto lectionum consensu moti librum,
 quo Scaliger usus est, pro optimo habeamus duce, impedi-
 mur haud paruo lectionum numero ab A β nimis discrepan-
 tium. Ex quibus ut eas seponamus, quae uel intempestiua
 similium locorum memoria ortae sunt uel calami erroribus
 debentur (uelut II, 3, 1 *implet* O (cf. I, 2, 1) *uequas* A β B
 I, 2, 78 *uix bene nota* (cf. Gierig. ad metam. II, 47) II, 5, 50
exit aquis O *ortus aquis* A β B II, 3, 55 *sed licet* O *scilicet* A β
 B I, 2, 81 *quidque* O *queque* AB (cf. u. 79) II, 3, 6 *meo*
 O *tuo* A β *tua* B (cf. u. 4): haec fere restant ex prioribus
 libris duobus notata:

I, 2, 35 *admittar* A β *admittor* B *transmittor* O I, 2, 140
inter comites A β B *i. socios* O I, 3, 37 *frigore* β B *litore* O
 I, 9, 17 *funera* A β *uulnera* β O I, 4, 36 *sa carina* A *argo*
carina B *firma carina* β *corr. densa carina* O I, 5, 11 *con-*
tendere A β B *demittere* O II, 1, 39 *proflua* A β B *pascua* O
 II, 2, 49 *mutando* A β B *mutato* O II, 3, 48 *ut facias lapsu*
 A *ut facis et lapsu* β *ut facias lasso* B *ut facis et lasso* O II,
 3, 92 *uides* A β *putas* OB II, 5, 75 *suis* A β B *tuis* O II, 7, 29

statuatur AB monstratur O II, 7, 31 *trucior A truculentior β B atrocior O* II, 9, 10 *tutior A β B mitior O* II, 9, 77 *uidicis A uidicis β B principis O* II, 10, 45 *ipse quidem certe A β B ipse quidem extremi O*

De hac tanta tam multis in locis discrepantia cum duas in partes disputari possit, ut aut posthabitis A β B codicibus O libri tamquam unius veri fontis auctoritatem sequare, aut multis hunc locis temere interpolatum indices, ego in alteram hanc sententiam concedo. Nam et uersus illi insitui, de quibus iam diximus (I, 2, 8 sq. II, 2, 33 sq.), quos, si Heinsius omnia enotauit, in Scaligeri codice fuisse non est quod negetur, codicem saeculo XIII uel proximo scriptum arguunt, et lectiones ipsae magna ex parte eae sunt, quae sententiae uel linguae ornandae causa fictae esse uideantur (cf. similia *Bemerkungen p. 7*). Quae res ea potissimum lectionum uarietate, quam ad I, 2, 35; 5, 11; II, 7, 29; II, 9, 10; II, 10, 45 adscripsi, facile adparet. Magna inde in eis existit difficultas lectionibus diiudicandis, quae speciem ficti minus praese ferunt, summaque cura est adhibenda, ut suo quaeque loco recte aestimentur. Esse autem in lectionum discrepantium numero, quae eis, quae in A β B sunt, anteponendae uideantur, Heinsius Merkeliusque recte indicauerunt (cf. II, 5, 75 cl. IV, 8, 60. IV, 13, 27). Ipse Scaligeranas restitui I, 9, 17; cf. IV, 5, 40. IV, 12, 5.

Adiungo his libris codicem BERSMANNI, cuius collatio (N) extat in margine editionis Bersmannianae (Lipsiae typis Grosianis a. MDCXIX). Quem se Ferrariae excussisse Bersmannus testatur, temporis quo scriptus sit notione non addita*). Eiusdem eum autem temporis esse, cuius Scaligeri codicem fuisse coniecimus, cum ueri quadam specie inde conligi posse uidetur, quod interpolationum initia tantum insunt. Nam cum II, 2, 8 sq. duo uersus reperiantur, II,

*) eas solas lectiones excussi, quas codice nominato attulit, non eas, quae teste non addito in margine plurimae inueniuntur, quippe quas non librorum manuscriptorum, sed aut editionum lectiones aut Fabricii coniecturas esse pro certo affirmari possit. cf. praefat. Bersmanni.

2, 33 sq. quattuor uersuum qui circumferri solent tres, hexametri duo et unus pentameter (cf. appar. crit.), ei temporis libri originem merito tribuimus, quo studia poematum expoliendorum incobata, nondum finita erant, quamquam recentiore aetate quam B et O codicem N exaratum esse constat. Multo enim latius quam in illis uagatur interpolatio.

Non solum enim hemistichia plane noua inueniuntur (e. gr. II, 7, 54. I, 10, 36), sed etiam tota disticha ut ita dicam occasione data migrant (cf. app. crit. ad II, 2, 16 ell. II, 9, 73. 74). Accedunt uerborum singulorum mutationes textui ornando destinatae paene innumerabiles, quarum haec adponere satis habeo: I, 7, 46 *modico* N *modice* AβB 51 *suas quamuis* NB *etiam* Aβ 56 *crede* N *credo* AβB 63 *permittis* N *permittis* AβB I, 8, 13 *ipsi* N *ipsis* AβB 24 *terra* N *roma* AβB 44 *claudia* NB *clodia* Aβ 48 *non sunt* N *non et* AβB I, 9, 52 *fudit* N *uertit* AβB I, 10, 12 *puella* N *iuuenta* AβB Itaque etsi nonnullis locis errores quibus libri uetustiores affecti sunt, euitantur (e. gr. I, 8, 51 *rupe* N *rure* AβB ell. I, 8, 35. 66) atque ubi codices recentiores quorum accuratam habemus notitiam falsa praebent, cum AβB uera nonnunquam N seruauit (I, 4, 30. 36. 37. I, 7, 8. 55), tamen ea quae bona inueniuntur, non pluris aestimanda sunt, quam coniecturae, non tam ex recta qua carmina expolienda sint ratione quam ex felici quodam animi impetu natae.

Libro Bersmanniano aequales, si catalogo bibliothecae imperialis Parisinae Heinsioque fides est, tres sunt codices, quarum conlationes in schedis Heinsianis extant, quos ille REGIUM (C), PVTEANVM (D), et MORETI librum (E) adpellauit. Eorum priores duo adhuc extant Parisiis, de codice Moreti nihil dum mihi innotuit.

Ac REGIUS quidem, nunc numero 7993 signatus, membranaceus, forma oblonga maiore, cuius singulae paginae ternos uersuum quinquagenorum quaternorum ordines continent, a fol. 75^a — 86^b tristia, inde ad fol. 101^b libros ex Ponto usque ad uersum II, 7, 42 complectitur; utrumque opus atramento subfusco eoque plurifariam tam euanido

scriptum est, ut litterae uix agnoscī possint. Codici si inuiterstun spectes non multum fidei tribuas. Nam quamuis interpolationes, numero haud paucae, satis leues sint, sunt tamen eae, quae quo minore spatio a lectionibus genuinis distent, eo maiorem fallaciam contineant. Primum autem, ut singula genera tangam, plurimae inueniuntur discrepantiae ex praepositionum mutatione ortae [cf. I, 2, 95 *repperit* I, 2, 49 *amplectitur* I, 5, 3 *inquirere* 22 *effluit* I, 6, 40 *praeposita* I, 8, 69 *comprimat* II, 2, 39 *profer*] tum ut numerorum et modorum [I, 8, 26 *uccedunt* II, 2, 31 *petunt* II, 2, 41 *causas* I, 5, 25 *laboris* I 5, 37 *pugnās* ib. 69 *his theatris*], sic uocabulorum similitum ac prope idem significantium uicissitudines [I, 4, 30 *timet* I, 5, 16 *scripsi* II, 1, 27 *lucisse* I, 10, 12 *fluaa* ib. 27 *permanet* ib. 39 *testis fractae* II, 1, 33 *claros*], animaduertuntur etiam constructiones nouatae, boni ingenii raro testes [I, 3, 39 *sunt* I, 3, 49 *extremis* ib. 85 *ignoscus* I, 5, 30 *meum* II, 1, 43 *captiuos*], denique uerborum transpositiones [I, 5, 41 *constanter ego* I, 7, 31 *tunto frater* I, 10, 43 *minuat nobis meritam*] uerbique copulatiui minor cura [I, 3, 25 *arte est* ibd. 66 *loco est* I, 5, 67 *fama est* cf. I, 7, 23 *est om.* I, 7, 33 *est om.*]. Iam si adiunxero, eis locis quibus lacunae fuerunt, uersus non solere deesse eisque quibus archetypi lectio corrupta fuit, uulgares inueniri interpolationes [cf. I, 2, 101], nisi quod I, 4, 36 cum Bersmanni libro ‘sacra’ traditum est, de auctoritate libri uix erit quod ambigatur.

Codex D, bibl. imper. Parisinae nr. 8239 saec. XIII membranaceus, foliorum 169, formae oblongae minoris, fastorum tristiumque libros indeque a fol. 116—169 libros ‘de Ponto’ continet. In margine legitur ‘Cl. Puteani’. Quo de libro ne longus sim, ex primis libri primi quinque carminibus, omissis quae errori ortum debere uisa sunt, ea adponam, quae uel in D solo uel paucis cum eo libris extantia enotauī: I, 1, 6 *nam* 14 *aspice* 23 *quid* 19 *et* 25 *non* 37 *quod quis* 40 *dum* 43 *monent* 46 *magna* 99 *faciunt ergo* 127 *multa metu cohibet et poena* 146 *in-*

ficienda meae I, 3, 8 *a monito* 37 *roma est* 42 *non* 59
sagittas 80 *sacra* 91 *sapientia* I, 4, 5 *cognoscere* 22 *dolor*
 35 *cymba* 39 *casta cum pallide* 45 *est ergo* I, 5, 2 *scripta*
 14 *non est* 19 *incipias* 63 *facio si* 77 *posse placere* I, 1,
 13 *fortasse roges nouitate* I, 2, 87 *tolerare diu didicisse* 143
fama melior I, 4, 5 *uideas subito* 33 *primos comites* I, 5,
 30 *quaero tecum* 31 *sanos uere* 47 *tempus quas.* Quae qui
 perpenderit, nihil omnino auctoritatis D codici esse concedet.

Codex E, quem et N. Heinsius et qui postea Pontica
 ediderunt, aequo pluris duxerunt, Balthasaris Moreti fuit,
 typographi Antuerpiensis [cf. *syll. epp.* III p. 137]. Is
 liber ex fonte satis bono neque tamen integro ductus tanta
 et uariarum lectionum et interpolationum manifestarum et
 uersuum nouorum copia oppletus est, ut summa in eo usur-
 pando cautela adhibenda sit. In quo cum post uersum
 I, 8, 60 hi inueniantur uersus egregii:

*utque solet nimium si fontis riuus abundet
 diducam studio ne sata laeta grauet,*

I, 10, 36 autem idem quod in N hemistichion atque I, 5, 49
 genuinae lectionis loco haec fere scripta sint *'surgit ab his
 l'dictus
 iuuenis iuli nomine dignus'*, Heinsium et Merckelium quod hunc
 librum I, 2, 101 sequi uoluerunt quominus probem diffi-
 dentia prohibeor: omnino autem quod fecerunt improban-
 dum uidetur uariarum lectionum quas E habet natura cognita.
 Quarum ex libris paene duobus conlectarum hunc habe con-
 spectum:

I, 4, 43 *aruis l'oris* 5, 1 *tuus l'tuos* 5, 10 *mouente l'coacta*
 11 *contendere l'dimittere* 31 *an l'en* 37 *euital l'eiurat* 38 *ca-*
pit l'gerit 41 *seruo l'carpo* 63 *abest l'obest* 63 *faciam sed*
l'facio ni 77 *mirabile l'miserabile* 80 *cingit l'pingit* 6, 30
in l'is l'inhac 42 *arguit l'aruit* 7, 10 *l'habenda* 12 *pulset*
l'pugnet 15 *cultorum l'sociorum* 18 *nosque — tuos l' meque —*
tuum 22 *eras l'eris* 44 *mei l'meam* 52 *dabat l'tulit* 8, 8 *latet*
l'iacet 37 *hortos l'ortus* 57 *pressi l'prensi* 9, 25 *celeberrima*
l'creberrima 48 *l'atqui l'namque* 51 *honoris l'amoris* 10, 12

guava l'graia l'grata II, 1, 13 *inuat l'rigat* 62 *nota l'puta* 2, 10 *umbra l'caussa* 126 *ad mea l'in mea* 3, 9 *prius l'prior* 14 *probum l'pium* 15 *et nisi l'nisi nisi; nil detrahe l'en detrahe* 35 *per l'pro* 55 *ducis l'dicis* 95 *fiat l'detur* II, 5, 58 *indoluisse l'ingemuisse* 72 *commilitiis l'cum militia*. Quibus ut iusto fundamento nitatur iudicium adiunge lectiones discrepantes ad 1, 6, 1 *ubi* 20 *licet* 43 *quid facis hic* 47 *uota meum* 1, 7, 7 *di precor* 47 *uiuunt* 1, 10, 25 *ethneosque*. Horum quae postrema sunt, quod codicem unde E descriptus est non integrum fuisse dixi, illustrabunt: priorum plurima cum sint quadam mutandi libidine insignita exercitationibus scholasticis tribuenda esse primo statim aspectu cernitur. Quae restant per se spectantem fortasse eo ducent, ut ex codice melioris notae sumta esse iudices; sunt enim in eorum numero sat multa quae Aβ codicum auctoritate firmentur. Sin consideraueris quae de alterius lectionum adscriptarum partis origine monimus ipsasque has lectiones ad unum quasi modum ad quem aestimentur redegeris, non tam codicis uetustioris fidem eas habere concedes, quam ingenii esse saepe exuberantis saepe uera uidentis fetus iudicabis. Vnde sequitur, ne huic quidem codici nisi in eis quae cum β uel maiore ceterorum librorum numero communia habet, credendum esse. Accedit codicibus ab Heinsio accuratius conlatis liber P. Seruii: quem recentissimum neque quicquam boni praebentem ut chartae parceretur, omittere satius putauit.

De codice BASILEENSI (F) dixi in *Bemerkungen zur Handschriftenkunde der Ovid. B. ex Ponto* p. 9—11.

Codicis IUNIANI (G) conlationem debemus Heinsio (cod. bibl. reg. Berol. 1076). Is liber 'non quidem uetustus, emendate tamen ac fideliter descriptus' (syll. epp. III p. 80. 82. 131) omnia Ouidii opera continuit (Ouid. ed. Burmann. I p. 323 b). Recentis aetatis sat multa sunt signa nec desunt quae librum ex quo descriptus est literis cursiuis exaratum (cf. uarr. lectt. ad I, 5, 51; II, 3, 87; I, 5, 76) et deterioris notae fuisse doceant. Quantumuis

multa enim eorum, quae peruersa et falsa in lectionibus ex G enotatis inueniuntur, scribae negligentiae haud sane paruae tribuantur, tot tamen taliaque textus uel exornandi uel expoliendi studii documenta glossarumque reliquiae restant, ut ipsum codicis huius archetypum saeculo XII antiquiorem uix habuerim. Atque ut haec uere a me esse dicta intellegas, has uide ex paucis carminibus sumtas lectiones: I, 1, 4 *abde modo* 11 *ut hos* 19 *nec tamen* 51 *lanigerae* 67 *mihi tabida* 69 *putredine* 74 *conficientur* 75 *stimuli mentem* 77 *credat* I, 2, 5 *quaeris* 6 *quisue* 8 *aduersa* 14 *confiteor* 38 *admitteret* 54 *ipse* 57 *liquescent* 101 *sub eo est sic sit* 102 *caut* 121 *non mihi* 13 *propior uitae* 133 *ille ego sum dixi* 134 *medio scripta canenda foro* I, 3, 13 *de nostro corpore poenae* 25 *arte est* 37 *roma est* 42 *non* 49 *extremis* 59 *sagittas* 93 *grata uoluntas* 94 *consultitque* I, 4, 20 *atesse* 30 *timet* 37 *amintone* I, 5, 22 *montes* 33 *quid — agro* 37 *cuital* 58 *modis* 77 *miserabile* I, 7, 11 *premit* 12 *pugnat* 13 *nos habet haec.*

Codex GUDIANUS (228) (L) quem Bethmanni uiri humanissimi beneficio in^o manibus habui, membranaceus foliis LI primis libros ex Ponto integros saec. XIII, uiginti tribus foliis Statii Thebaida, septem et decem ultimis Claudiani de raptu Proserpinae carmen (saec. XIV) complectitur. Primae partis paginae pleraeque tricenorum binorum uel ternorum sunt uersuum, margines lati scholiis textu multo recentioribus repleti, scholiis interlinearibus et uariis lectionibus textus abunde aspersus. Tituli neque librorum extant neque epistularum, quae lineolae spatio distant suntque litera prima uel rubro uel caeruleo colore pieta insignitae. Contulit librum N. Heinsius a Bernardo Rottendorphio medico, cuius nomen ab ipsius ut pato manu scriptum in pagina prima extat, acceptum, et a possessoris nomine Rottendorphianum dictum aliquoties laudat. Orthographia quam dicunt codici F simillima est, siglae plurimae nec semper simplices. Codicis auctoritas eis de quibus egimus maior uidetur. Etsi enim satis multas et corruptelas

et interpolationes cum illis habet communes, vitia sunt magna ex parte non tam temeritatis — quamquam ne ea quidem desunt —, quam negligentiae atque librorum recentiorum unus proxime ab archetypi fide abest. Nunc habet haec lectionum L exempla:

I, 7, 53 *igitur nobis* 55 *citra futeor* I, 8, 4 *generis magi* I, 9, 1 *quae mihi de celso tua uenit epistola rapti*
 41 *celso lacrimas;* I, 2, 5 *queris* 6 *loquor* 54 *meo* 89 *ira*
dei 93 *ut potuit* 102 *eant* 105 *non petis* 126 *bellu manu*
 I, 3, 24 *formidandis* 37 *roma est* 39 *clausa* — *nata* 93 *haec*
ita sint I, 5, 10 ^{carpo} *seruo* I, 6, 10 *mens mea* I, 7, 8 *abesse*
uelint; I, 1, 51 *lanigerae* 67 *mirum est* 70 *maris* I, 2, 53
comperta est 57 *liquescent* I, 3, 19 *pulmone repulsus* 51 *edu-*
cat uuas I, 4, 30 *timet;* I, 2, 101 *sit publica sarcina terrae*
 123 *ueloxque ad praemia danda* 127 *poenae qui multa coher-*
cet amore 131 *ille ego uestros qui* I, 3, 13 *multum demas*
nostro de pectore curae I, 4, 42 *non docuisset amans.*

Codici Gudiano simillimus codex ERFURTANUS [ε] quem in Harlesii usum contulit Herelius. Qui ubi nunc sit nescitur: Erfurti Kritzius testatur non esse. Codex ei qui contulit saeculo decimo tertio exeunte aut ineunte decimo quarto scriptus uidebatur (praef. Harlesii p. XII).

Codex LIPSIENSIS (P) bibliothecae urbanae (Rep. I n. 7) quem Naumanni uiri humanissimi liberalitate in manibus habui, formae est maximae foliorumque LXXIV. Continet a fol. 1 ad fol. 15a libros ex Ponto, inde usque ad fol. 19a remedia amoris, tum usque ad fol. 64a metamorphoseon libros XV, denique amorum libros tres ('Ouidius sine titulo'). Singulis in paginis bini sunt quinquagenorum senorum uersuum ordines, uersuum initiales literae rubrae. Epistulae pleraeque titulis rubro colore pictis, lineolae spatium implentibus notatae, librorum exitus et initia indicata omnium. Scholia marginalia et interlinearia rarissima. Desunt propter foliorum nonnullorum dilacerationem ex P. I, 1, 1—7 (nisi quod e uersu 7 'docetis' superest), I, 1, 57—63

et sequentium uersuum ultimae uoces uel syllabae, 1, 2, 32—38 et initia uersuum 39—52, 1, 2, 87—93. Haud pauca maiore corrupta legi uix possunt. Orthographia fere ea quae in F est, nisi quod *g* et *i* consonantium commutatio, qualis in B est, accedit consonantiumque quae uocatur adsimilatio crebrior. Interpunctio scribam diligentem prodit, contextus non item, saepius enim syllabas uel uoces omisit, quae maximam partem ab altera manu additae sunt, aliaque multa peccauit quae correctoris operam effugerunt. Textus recentiores libros sequitur; quod ut adpareat lectionum paucarum comparatio sufficiet:

I, 1, 24 *scrinia* 51 *lanigerae* 67 *non igitur — mens mea* 69 *putredine* 75 *relinquunt* 1, 2, 57 *linquescunt* 99 *iustissimus* 101 *sub eis. sic sit* 102 *cant* 127 *multa metu cohibet poena qui p. coerces* 145 *maxima* 1, 3, 13 *demas nostro de pectore curae* 59 *sagittas* 86 *quae facit* 1, 4, 30 *timet* 37 *amuthone* 42 *amans* 1, 5, 10 *movente* 37 *euital* 41 *seruo* 77 *misericabile* 1, 8, 43 *pomiferis* 1, 9, 52 *aroma* 1, 10, 12 *grata*.

Paucis commemoramus fragmentum LOUANIENSE (V), quo epistularum ponticarum particula a III, 3, 25—IV, 4, 16 seruata fuit. Cuius de condicione cum praeter ea, quae ex Heinsii schedis excerpimus, nihil constet, lectionum ex eo petitarum partem adponemus, ut cuius illud generis sit perspiciatur: III, 3, 37 *studio l'stultus* 62 *tuus l'nepos* 61 *plecti l'proici* 72 *aliud l'aliquid* 102 *repsit* III, 4, 14 *quem l'quod* 18 *scripta l'uisa* 20 *uidimus l'scripsimus* 27 *mentis l'gentis* 31 *clau-gore* 55 *bibit l'leget* III, 5, 12 *non — magis l'hacc — minus*.

Superest de quo dicam fragmentum DURLACENSE nunc Carolinuhense (R), cuius collationem Alfr. Holderi beneuolentia accepi. Codex in quo est continet fragmenta operis astronomici et Hieronymi epp. II saec. VI, Alexandridis Gualteri de Castalione libri I fragmentum et Ouidii pont. II, 8, 35—III, 1, 92 saec. XIV, Auiani fab. 34, 8—40, 9 saec. IX [cf. Froehner philolog. XIII, 602. XIV, 387]. Epistularum librique quarti initia literis rubro colore pictis notata sunt. Paucissima liber habet singularia et sua: [cf. uar. lectt. ad

II, 8, 36. 76; II, 9, 5. 37. 59; II, 10, 4. 31], in ceteris librorum interpolatorum assecla est.

Iam postquam codices quorum conlationes penes nos sunt, ut potuimus descripsimus singulorumque quae sit auctoritas, breuiter exponere conati sumus, restat ut quae inter codices ratio intercedat et quatenus inter se uel propinqui sint uel dispaes indagemus. Cuius quaestionis summam supra iam indicatam ut paucis comprehendamus, duo fere sunt librorum ordines, quorum alter qui fragmento Guelferbyitano librisque Hamburgensi et Bauarico efficitur in uniuersum integram seruaui poetae orationem, alter qui libris BCDEF GLNOPR Heinsianorumque librorum conuue constat interpolatorum operam expertus est. Fundamentum autem in quo interpolatores niterentur, si quid uideo, non aliud fuit quam liber Hamburgensi simillimus. Quod ut pro certo affirmem, facit eunctorum librorum eis in locis quibus A corruptela aliqua laborat consensus eiusmodi, ut ab eis quae in A sunt emendatio profecta esse uideatur. Emendandi autem conatus qui facti sunt ad unum fere hominem referendos crediderim. Tantus enim, eis exceptis quae recentissimorum librorum peculiaria sunt, omnium fere exemplarium consensus est quantus aliter fieri uix potuit. Atqui ipsa, quotquot discrepant, ita sunt comparata ut interpolatoris primi cogitationes mutantur quidem, non tollantur. Eorum quae dixi documenta ut essent eos seligere placuit locos, qui ipsa discrepantia eodem omnem fundamento niti interpolationem ostenderent:

- I, 2, 101 sub eo sic sit publice saroterra A
 sub eo [eo est DEG eis P] sic sit sub cesare
 terra β CDEFGNP
 sub eo sit publica sarcina terre L
 sub eo sit publica sarcina rerum ϵ Epr. u. l.
 mundi
 sarcina publica terre F *in marg. pr. u. l.*
- I, 2, 127 multa metu poena qui pauca coerceat A
 multa metu pene pena qui p. e. FN

prohibet

- multa metu pene pena qui p. c. B
 multa metu prohibet et pena p. c. D
 multa metu prohibet poena qui p. c. OP
 multa metu poenae qui poena p. c. EG
 et qui multa metu sed poena p. c. βC
 multa metu pene qui multa cohaerere amore L
 I, 4, 36 quae solet esoniden sa carina fuit A
 quae tulit esoniden densa carina fuit O
 saera carina fuit CN
 firma DEFGLP β corr.
 firma
 qua subit esonides argo carina fuit B
 II, 9, 37 fac profugus intra tua A
 fac prosis intra tua BCFLNP β
 fac prosis inter tua DEG
 fac profugo prosint tua em. R. Merkel.

Quae cum ita sint $A\beta$ solos sequendos esse facile adparet. Quod et Merkelius fecit et nos illo etiam diligentius fecimus, praecipuam operam ei librorum Ponticorum parti nauantes, quam uir ille doctus codicibus, quos unice sequendos esse intellexit, minus adhibitis, ad Heinsii normas excudi iussit.

Codicum quos recensui lectiones discrepantes omnes composui, non quo magno inde fructus redundaturos esse crederem — nam textui restituendo codices $A^1A\beta OB$ sufficiebant —, sed ut quantopere, saeculis progredientibus, ea quae Ouidius scripsit, a uera genuinaque forma declinauissent, uno quasi conspectu manifestum fieret. Aliam uiam ingrediendam censui in eis codicibus adiungendis ex quibus Heinsius unam et alteram loci lectionem enotauit. Qui cum fere omnes essent recentissimi, ei autem quos Heinsius saeculo XII adscripsit, satis temere interpolati*) [*cf. Bem-*

*) Quod l. l. de Twisdeniano, Feschiano, Vaticano aliis libris dixi, plenos eos esse interpolationum nec ad textum restituendum ullius aliquem fructum, idem licet de eis lectionibus dicere, quas ex Politiani schedis, Florentiae in bibliotheca dominicanorum seruatis, descriptas Heinsius nimis saepe in textum intulit. Nec opus est uerbis: quae inde Heinsius ad primi alteriusque libri carmina laudat adponam, codicum

kungen z. Handschriftenkunde p. 3—7], pauci denique in Heinsii schedis nominatim laudati, in eo quod vir clarissimus incepit, longius procedere uolui, cunctam lectionum ex istis libris congestarum farraginem signis breuibus comprehendens. Numeris enim certis, quibus R. Merkelius in Tristium editione usus est, ideo mihi uti non licuit, quod cum nonnullorum codicum ab Heinsio inspectorum accuratas conlationes haberem, ubi is aliquem exemplarium numerum lectionem aliquam tueri adnotauit, nunquam fere certo sciebam, essentne codices Argentoratensis Basileensis Gudianus ceteri comprehensi an non essent. τ litera igitur singulos codices notauit, ψ nonnullos, ω multos.

Atque haec quidem de codicibus. Virorum doctorum coniecturas, praeter eas quae in textum receptae sunt, pauca memorauit: nullas Casp. Barthii, nonnullas Nic. Heinsii, integras R. Bentleyi. Barthius enim codice utens Basileensi quem 'cascum' et 'uenerandae antiquitatis' iactare non du-

18 inueniemur β *corr.* inuenientur EF $\epsilon\psi$ inueniantur ψ inueniuntur τ 19 mores qui sint E || nostros *e duobus codd. H.* 22 exores τ || uoce *roga* deos F 23 sint β FL ψ 24 non est τ || mittior F ^{sinit} mior ψ certior τ 25 non *sint* F nec *Medic. pr.* || sinit N sinit ara E || antistitis F 27 qualibet *eraso* m β qualibet GN ψ || pauerit τ 28 obruta³ surget aquis de mediis cumba resurget aquis F media—resurget aqua ϵ 29 sacris D || redolentia τ 31 phario L 32 ista N tanta τ 33 facient uobis β CDF ϵ GNP faciant uobis L ψ uobis faciant E ψ H. uobis facient ψ 35 pauca ψ || numina G 36 dum G 37 sed qui quæ LN ψ qui quod GD || gratus hunde est L 39 quod de p. thus pauper τ diis libat pauper ϵ dis pauper EP H. parua nec qui de pauper diis L 40 iuuant τ placent τ 41 gramina—phaliscæ τ

19 nostros HM 28 cymba H 33 uobis faciant HM 39 dis pauper H

- nec tamen officio uatum per carmina facto
 principibus res est aptior ulla uiris.
- 45 carmina uestrarum peragunt praeconia laudum,
 neue sit actorum fama caduca cauent.
 carmine fit uiuax uirtus expersque sepulcri
 notitiam serae posteritatis habet.
 tabida consumit ferrum lapidemque uctustas,
 50 nullaque res maius tempore robur habet:
 scripta ferunt annos. scriptis Agamemmona nosti,
 et quisquis contra uel simul arma tulit.
 quis Thebas septemque duces sine carmine nosset,
 et quicquid post haec, quicquid et ante fuit?
- 55 di quoque carminibus, si fas est dicere, fiunt,
 tantaque maiestas ore canentis eget.
 sic Chaos ex illa naturae mole prioris
 digestum partes scimus habere suas:
 sic adfectantes caelestia regna Gigantas
 60 ad Styga nimbifero uindictis igne datos:
 sic uictor laudem superatis Liber ab Indis,
 Alcides capta traxit ab Oechalia:
 et modo, Caesar, auum, quem uirtus addidit astris,
 sacrarunt aliqua carmina parte tuum.
- 65 siquid adhuc igitur uiui, Germanice, nostro
 restat in ingenio, seruiet omne tibi.
 non potes officium natis contemnere uates:
 iudicio pretium res habet ista tuo.
 quod nisi te nomen tantum ad maiora uocasset,

43 ne tamen E non t. G 44 aptior βDEFGLεP altior C gratior Nψ H. || illa uiris β 45 nostrarum ψ || laudum l' rerum E 46 actoris N auctori G auctorum βPεψ 48 notitiam sepe L || habent habet F 49 lapidem ferrumque C lapidesque ψ 51 nostis ELψ 52 nel quisquis τ 54 quisquis Nτ || hoc τ || ut ante G 55 est credere L || uiuunt τ 57 molis D 59 gigantes βCDEFGLεNP gigantes H. 60 nimbifero βLO pr. Medic. ψ H. nubifero DEFGLεNP fulmineo C 61 laudem uictor N 62 alchides L || traxit L || etholia CDEFGL etalia P 63 uiuum C 64 ab ingenio G et ingenio L || seruiat Gτ 67 nec D || ingenium N || uates contempnere uatis L 69 numen τ Burmann. || tulisset ψ

- 70 gloria Pieridum summa futurus eras.
 sed dare materiam nobis quam carmina iuuis:
 nec tamen ex toto deserere illa potes.
 nam modo bella geris, numeris modo uerba cocreos,
 quodque aliis opus est hoc tibi lusus erit.
- 75 utque nec ad citharam, nec ad arcum segnis Apollo est,
 sed uenit ad sacras neruus uterque manus,
 sic tibi nec docti desunt nec principis artes,
 mixta sed est animo cum Toue Musa tuo.
 quae quoniam nec nos unda submouit ab illa,
- 80 ungula Gorgonei quam caua fecit equi,
 prosit opemque ferat communia sacra tueri,
 atque isdem studiis imposuisse manum:
 litora pellitis nimium subiecta Corallis
 ut tandem sacuos effugiamque Getas,
- 85 clausaque si misero patria est, ut ponar in illo,
 qui minus Ausonia distet ab urbe, loco,
 unde tuas possim laudes celebrare recentes
 magnaque quam minima facta referre mora.
 tangat ut hoc uotum caelestia, care Suilli,
- 90 numina, pro socero paene precare tuo.

9. Vnde licet, non unde iuuat, Graecine, salutem
 mittit ab Euxinis hanc tibi Naso uadis:
 missaque, di faciant, auroram occurrat ad illam,

70 pi pyeridum F || magna C 71 sed tamen dare L || carmina
 maius βNψ *Merula. Burmann.* materiam tu nobis carmina τ 72 desi-
 nere τ 73 modo bella DFN 74 labor est τ || lusus βGLεN *M.* lu-
 dus CDEFPψ *H.* || erat F 75 lentus τ || est *om.* LεNP¹ 77 docte
 P doctae *Heise* || nec desunt ELNψ *H.* nec desint docti ε 79 nec
 uos Gτ || dimouit ψ 80 prosiit ungula F || gorgonei ungula L 81
 tuenti β²εNψ 83 coraulis E 84 et tandem G 85 misero est patria
 est L || in ullo EF *H.* 86 distat βFGLNψ || locus L 88 cum mi-
 nima FLN 89 suille τ syulle F 90 saepe precare N

IV, 9 Grecino β Graecino amico suo E hanc epistolam mittit gre-
 cinno P 1 inde L || greeinne G 2 ab hirsutis τ ab axinis G 3 ut
 illam G

74 ludus *H* 77 nec desunt *HM* 85 in ullo *H*

bis senos fascces quae tibi prima dabit:
 5 ut, quoniam sine me tanges Capitolia consul
 et fiam turbae pars ego nulla tuae,
 in domini subeat partes et praestet amici
 officium iusto littera nostra die.
 atque ego si fatis genitus melioribus essem
 10 et mea sincero curreret axe rota,
 quo nunc nostra manus per scriptum fangitur, esset
 lingua salutandi munere functa tui:
 gratatusque darem cum dulcibus oscula uerbis,
 nec minus ille meus quam tuus esset honor.
 15 illa, confiteor, sic essem luce superbus,
 ut caperet fastus uix domus ulla meos:
 dumque latus sancti cingit tibi turba senatus,
 consulis ante pedes ire iuberer eques:
 et quamquam cuperem semper tibi proximus esse,
 20 gauderem lateris non habuisse locum.
 nec querulus, turba quamuis eliderer, essem,
 sed foret a populo tum mihi dulce premi.
 prospicerem gaudens quantus foret agminis ordo
 densaque quam longum turba teneret iter.
 25 quoque magis noris quam me vulgaria tangant,
 spectarem qualis purpura te tegeret.
 signa quoque in sella nossem formata curuli
 et totum Numidae sculptile dentis opus.

4 faces Lε || dedit Fψ 5 et quoniam DEGL et tamen F || tan-
 gis D tangas ε *corr.* tanges sine me Nψ 7 subeant CD || praestat P
 8 inso βCDEFGLENP nostro littera missa ψ festo *coni. Burmann.* iusto
 M. 9 atque l' ast E atqui τ || essem melioribus ortus *cdd. uell. nonn.*
 12 munera τ 14 honos Fψ H. 15 illaque ε 16 illa C 17 eumque
 N || cinget CDE sancti cinget N 18 iuberer βCDEFGLENP uiderer
 eques
 τ H. tuerer M. || equos ε 19 caperem G semper cuperem N 20 la-
 teri EFGLNPψ || nix habuisse τ 22 tunc CEGLεNψ 23 quantum
 D 24 dēsaque F 25. 26 '*distichon suspectum*' H. *deleuit Bentley.*
 25 utque magis N quodque m. P || tangunt DFεGP 26 prospicerem
 N || regeret P cogeret ε 27 noscerem L || curuli L 28 numidi
 βFGLENP nitidi *Politian.* ψ mundi ψ || sculptile L || dentis ebnr τ

8 iusso H 18 uiderer H tuerer M 20 lateri H 22 tunc M

at cum Tarpeias esses deductus in arces,
 30 dum caderet iussu uictima sacra tuo,
 me quoque secreto grates sibi magnus agentea
 audisset media qui sedet acde deus.
 turaque mente magis plena quam lance dedissem
 ter quater imperii lactus honore tui.
 35 hic ego praesentes inter numerarer amicos,
 mitia ius urbis si modo fata darent:
 quaeque mihi sola capitur nunc mente uoluptas,
 tunc oculis etiam percipienda foret.
 non ita caelitibus uisum est, et forsitan aquis:
 40 nam quid me poenae causa negata inuet?
 mente tamen, quae sola loco non exulat, utar,
 praetextam fascēs aspiciamque tuos.
 haec modo te populo reddentem iura uidebit
 et se decretis finget adesse tuis,
 45 nunc longi reditus hastae supponere lustrī
 eredet et exacta cuncta locare fide,
 nunc facere in medio faciendum uerba senatu,
 publica quaerentem quid petat utilitas,
 nunc pro Caesaribus superis decernere grates,
 50 albae opimorum colla ferire boum.
 atque utinam, cum iam fueris potiora precatus,
 ut mihi placetur principis ira roges!
 surgat ad hanc uocem plena pius ignis ab ara

29 et cum CGPτ aut c. N || ad arces L 30 cum DP concaderet
 G || iusso β nisi ε² 31 mihi C tibi τ 33 quam plena N quam laude
 D q. plane ψ || dedissem, ter quater *distinuerunt Burmann. Oberlin.*
 35 hic ego βCDEFGLENP sic M. || memorarer τ 36 mitia F || ius
 uerbis FGLτ β¹ (ins a man. prima, altera mi (eraso s) correxerat) si uer-
 bis nim DP || ////darent F 37 capta est sola N || cum mente ε ||
 uoluntas FL 38 oculis etenim τ 40 foret β¹ inuet β² inuat εNψ 41
 tamen a man. alt. additum L || utor βε¹ 42 praetexta C 43 redentem P
 iura reddentem L 44 et sese tectis C || secretis *codd. reliqui* || adesse
 tuis βCDEεPNP locis GLτ HM. || decretis scripsi. 45 longae F'Gε¹ψ
 46 eredet βDGLεP' credit F erederet τ cernet CENψ H. || locata C 47
 senatum G 48 petit E 50 albae EεPN 51 maiora Cψ 52 principis
 βCLPE caesaris DεFGN numinis E *pr. u. l. τ H.* 53 plena om. F || prius N

35 sic ego M 44 secretis — locis HM 46 cernet HM 52
 numinis HM

- detque bonum noto lucidus omen apex.
 55 interea, qua parte licet, ne cuncta queramur,
 hic quoque te festum consule tempus agam.
 altera lactitiae nec cedens causa priori
 successor tanti frater honoris erit.
 nam tibi finitum summo, Graecine, Decembri
 60 inperium Iani suscipit ille die.
 quaeque est in vobis pietas, alterna feretis
 gaudia, tu fratris fascibus, ille tuis.
 sic tu bis fueris consul, bis consul et ille,
 inque domo bimus conspicietur honor.
 65 qui quamquam est ingens et nullum Martia summo
 altius inperium consule Roma uidet,
 multiplicat tamen hunc grauitas auctoris honorem,
 et maiestatem res data dantis habet.
 iudiciis igitur liceat Flaccoque tibi que
 70 talibus Augusti tempus in omne frui.
 ut tamen a rerum cura propiore uacabit,
 nota precor notis addite uestra meis,
 et si quem dabit aura sinum, iactate rudentes,
 exeat e Stygiis ut mea nauis aquis.
 75 praefuit his, Graecine, locis modo Flaccus, et illo
 ripa ferox Histri sub duce tuta fuit.
 hic tenuit Mysas gentes in pace fideli:

54 notis G || lucibus G 57 lactitiae est β CDFGLNP lactitiae
 E ψ H. lactitia ε || cedet CDF ω credens P 58 flaccus honoris N
 59 greccinne G || iam functum summo gr. decembris N 62 fastibus ψ
 63 consul fueris ψ || sic quoque ^{tu} his fueris bis F 64 bimus L H. bi-
 nus β CDEFG ε NP || aspicietur ε || honos P 65 et quamquam G 67
 actoris EFN 71 eum tamen DFG ε NP quod t. L τ ut t. [β ?]CE ψ H. ||
 propiore FL cura rerum propriaque ε || uocabit FG uacabis ψ 72
 addice G 73 et si quin τ et si qua CDEFGN ε et si quem β L P H. ||
 iactate β CDEFGLENP [cf. III, 2, 5 Cic. *inusc.* I, 14, 40 Vergil. *georg.*
 II, 355] iactate τ laxate *ed. pr. HM.* 74 est styg. C a stigiis DFL ε P
 exeat euninis τ || cymba uadis D 75 graecinne G 76 rippa E 77
 tenuit hic gentes missas G gentes inssas ε^1 N g. missas ε^2 gentis mis-
 sas I' missus E missas L missus P missae D ω inssos F

hic arcu fissos terruit ense Getas.
 hic raptam Troesmin celeri uirtute recepit
 80 infestisque fero sanguine Danubium.
 quaere loci faciem Scythicisque incommoda caeli,
 et quam uicino terrear hoste roga:
 sintne litae tenues serpentis felle sagittae,
 fiat an humanum uictima dira caput:
 85 mentiar, an coeat duratus frigore pontus
 et teneat glacies iugera multa freti.
 haec ubi narrarit, quae sit mea fama require,
 quoque modo peragam tempora dura roga.
 non sumus hic odio, nec scilicet esse meremur,
 90 nec cum fortuna mens quoque uersa mea est.
 illa quies animo, quam tu laudare solebas,
 ille uetus solito perstat in ore pudor.
 sic ego sum longe* — sic hic, ubi barbarus hostis
 ut fera plus ualeant legibus arma facit,
 95 rem queat ut nullam tot iam, Graecine, per annos
 — femina de nobis uirue puerue queri.
 hoc facit, ut misero faueant adsintque Tomitae:
 haec quoniam tellus testificanda mihi est.

78 arcus τ || fissos P fortis E fixos N 79 captam *ed. pr. H* ||
 troezen GD troesen L trezenam E troezenem N trozanem C troycem
 raptam η P troicen τ troien P troecen τ tresmen β¹ *Vatic. pr. troezen*
 β² trosmin *H. Troesmin scripsi* 80 [infestumque fero D] Danubium π
 I¹ ponti²

cf. IV, 10, 58. 81 incommoda loci L 82 terreor G || ense getas C 84
 uictima sacra ψ 85 an fluat an C ψ effluat an DNP et fluat an E estuat τ
 86 glacies teneat D 87 mea uita N 89 nec sumus P? *ψ H. non sumus*
 βCDEFGLEN 91 animi βCDEFGLENP animi est *edd. uell. animo Vatic.*
pr. H. || quem N 92 praestat G restat τ 93 sum longe βCDEGLNP
 sum lo longe F sum pridem *M. 'distichon suspectum' H. lacuna fuisse uide-*
tur quam expleret interpolator 'longe' addito, cum praestaret 'pridem'. for-
tasse uersus sic restituendus: sic ego sum, sic hic sanctis' ubi b. h. ||

sic hinc F || hister *in marg.:* hostis ε 94 sua L 95 re—nulla CENP
 I¹ re possit²
 rem—[*m in ras.*] nullam ε rem—nullam L res nullas G || nunc queat
 ut nullam F || iam tot GNP graecinne GP 96 uirque puerque DEL

97 II^{oc}_{facit} F || et misero β 98 est *om.* E

79 captam *H Troesmin HM* 80 Danubium *HM* 89 nec *HM*
 93 uersum uncis *incl. H* sum pridem *M* 95 re—nulla *H*

- illi me, quia uelle uident, discedere malunt:
 100 respectu cupiunt hic tamen esse sui.
 nec mihi credideris. — extant decreta, quibus nos
 laudat et immunes publica cera facit.
 conteniens miseris et quamquam gloria non sit,
 proxima dant nobis oppida munus idem.
 105 nec pietas ignota mea est: uidet hospita terra
 in nostra sacrum Caesaris esse domo.
 stant pariter natusque pius coniunxque sacerdos,
 numina iam facto non leuora deo.
 neu desit pars ulla domus, stat uterque nepotum,
 110 hic auiae lateri proximus, ille patris.
 his ego do totiens cum ture precantia uerba,
 eoo quotiens surgit ab orbe dies.
 tota — licet quaeras — hoc me non fingere dicet
 officii testis Pontica terra mei.
 115 Pontica me tellus, quantis haec possumus ora,
 natalem ludis scit celebrare dei.
 nec minus hospitibus pietas est cognita talis,
 misit in has siquos longa Propontis aquas.
 is quoque, quo laeuis fuerat sub praeside Pontus,
 120 audierit frater forsitan ista tuus.
 fortuna est impar animo, taliq̄ue libenter
 exiguas carpo munere pauper opes.
 nec uestris damus haec oculis, procul urbe remoti,

99 illi me quia βFFP *H.* illi me qui CDG qui me u. u. illi L illi
 quod me N me quia u. u. illi τ || mallunt F 100 suo EPτ 101 neu
 mihi *coni.* *H.* || extant decreta F 102 cura τ caussa τ charta τ ||
 ουι Α¹ 103 haec quamquam ψ *H.* || non sit Α¹ *M.* non est
 βCDEFGLεNP 105 tellus *Polit.* ψ *H.* 108 FATO Α¹ non f. iam L
 nec facto iam τ || len. loco τ 109 ne β || una τ 110 a me lateri
 quaeras
 N 112 fugit ab axe τ 113 dīcas F || hoc non me CL haec me non
 GDω me nunquam E || dices G 114 mei est τ 115 ara β 116 ce-
 lebr. diem EFε²ψ 119 hic quoque E haec q. τ || laeuis EPψ *Fabri-*
cius lactus β leuior DFε quo fuerat leuior L leuius CN quam lentus
 fuerit G 120 audierat ψ || illa E 123 non τ || nostris C || hoc Lψ ||
 orbe Gψ

103 haec quamquam *H.* non est *H.* 105 tellus *H.*

contenti tacita sed pietate sumus.

125 et tamen haec tangent aliquando Caesaris aures:

nil illi toto quod fit in orbe latet.

tu certe scis hoc, superis ascite, nidesque,

Caesar, ut est oculis subdita terra tuis:

tu nostrās audis inter connexa locatus

130 sidera, sollicito quas damus ore, preces.

perueniant istuc et carmina forsitan illa,

quae de te nisi caelate facta nouo.

auguror his igitur flecti tua numina: nec tu

inmerito nomen mite parentis habes.

10. Haec mihi Cimmerio bis tertia ducitur aestas

litore pellitos inter agenda Getas.

ecquos tu silices, ecquod, carissime, ferrum

duritiae confers, Albinouane, meae?

5 gutta cauat lapidem, consumitur anulus usu,

et teritur pressa nomen aduncus humo:

tempus edax igitur praeter nos omnia perdit:

cessat duritia mors quoque uicta mea.

exemplum est animi nimium patientis Vlixes,

10 iactatus dubio per duo lustra mari:

125 sed tamen P et tangent tamen haec ε tangant τ || caesaris iram C¹ 126 illi β¹ψ *prob. Burmann* illum β²CDEFGLE¹N non illum P || quod sit EFGLPψ 127 scis haec l' en E hec CDFGP || accite EL 128 et est CDEFGLPN 130 PRAECES A¹ 131 perueniant A¹β¹DGψ II. perueniunt ENψ peruenient CFLPε || istuc CL istuc A¹β¹EG illuc DFεNP 132 TEMISSCELITE A¹ 133 tua flecti L || tua pectora N 134 precantis habes L

IV, 10 Albinouano β Albinouano amico suo E hanc epistolam mittit albinouano P 1 haec mihi βCDGL¹P hic EL²Nψ II. hoc F || cim-

merio β¹OEG chimerio L in exino β² histonio DNP in emonio C *Medic. pr.* [ψ] in eumenio F in enxino εψ nereio τ 2 pellitas β 3 ecquos—ecquod *duo codd. II.* et quos—et quod βCDELPN et quos—et quos F et tu quos—et quod G || scilices N 6 et teritur βCDEFGεNP conteritur L atteritur *uel deteritur conl. II.* || passa τ 7 perdet βCFGLPNω II. perdit DE M. 8 mea est F 9 sapientis ε *corr.*

126 illum *HM* 10, 1 hic *HM* 6 atteritur *M* 7 perdet? *H* 9 Vlysses *H*

- tempora solliciti sed non tamen omnia fati
 pertulit, et placidae saepe fuere morae.
 an graue sex annis pulchram fouisse Calypso
 aequoreaque fuit concubuisse deae?
 15 excipit Hippotades, qui dat pro munere uentos,
 curuet ut impulsos utilis aura sinus.
 nec bene cantantis labor est audire puellas,
 nec degustanti lotos amara fuit.
 hos ego qui patriae faciant obliuia sucos
 20 parte meae uitae, si modo dentur, eman!
 nec tu contuleris urbem Laestrygonis unquam
 gentibus obliqua quas obit Hister aqua:
 nec uincet Cyclops saeuum feritate Phyaecen,
 qui quota terroris pars solet esse mei?
 25 Seylla feris trunco quod latret ab inguine monstis,
 Heniochae nautis plus nocuere rates.
 nec potes infestis conferre Charybdin Achaeis,
 ter licet epotum ter uomat illa fretum:
 qui quamquam dextra regione licentius errant,
 30 securum latus hoc non tamen esse sinunt.
 hic agri infrondes, hic spicula tincta uenenis,
 hic freta uel pediti peruia reddit hiemps,

13 en graue F || calisson L calypson G 14 equoreaeque βCDEFGLεNP
 aeaeaeque M. [cf. a. a. II, 125 sq.] || dea concubuisse fuit FN 15
 ypotades FL ypocades P 16 seruet F 17 non bene εψ || cantantis
 β cantantes reliqui codd. || audire βCDEGLNP audisse Fψ 18 lethes
 F 19 faciunt D facerent Fτ 20 dantar F 21 urbes CDGLNP ur-
 bem βEFψ H. 22 quas dabit F 23 cyclops saeuum βCDEFGLεNP
 saeuum cyclops nescio unde H. || piacchen β pyacem E piacem Lε pia-
 cen τ phyaecen FGD philacem C phiacem P pheacem N 24 o quota
 G 25 scilla L scilla ferox F || trunco L || quae DFNP quod I' quia
 E cum G || latrat Vatic. 26 henochie [β]CEP enochae D enochae
 P enochie L[ε]G emochie F emochie N || nobis plus ε²GN || in-
 ferre ε 27 non potes NP || caribdin acheis FLP 28 epotum β P^a-
 licentius
 tic. H. epotet CDEFGLεNP || illa I' ore E 29 ntentius ε || errant
 [βε]CF H. errent DEGLNPψ 30 non latuisse D? 31 ager infrondis
 ψ || tecta edd. uett. 32 hec P || quae pediti L²N || reddit I' fecit E ||
 hycens F

14 Aeaeaeque M 17 cantantes — audisse HM 23 saeuum
 Cyclops HM

ut, qua remus iter pulsus modo fecerat undis,
siccus contempta naue uiator eat.

35 qui ueniunt istinc nix uos ea credere dicunt:

quam miser est, qui fert asperiora fide!

crede tamen: nec te causas nescire sinemus,

horrida Sarmaticum cur mare duret hiemps.

proxima sunt nobis plaustrum praebentia formam

40 et quae praecipuum sidera frigus habent.

hinc oritur Boreas oraeque domesticus hinc est,

et sumit uires a propiore loco.

at Notus, aduerso tepidum qui spirat ab axe,

est procul et rarus languidiorque uenit.

45 adde quod hic clauso miscentur flumina Ponto,

uimque fretum multo perdit ab anne suam.

huc Lyeus, huc Sagaris Peninsque Hypanisque Calesque

inluit et crebro uerticè tortus Halys,

Parthenisque rapax, et uolens saxa Cynapses

33 quo N || modo pulsus ε || fecerit P 34 contepta F 35 istinc

DELψ isthuc G [istic ψ] || et nix D || ^{nos} nos F 37 crede mihi E ||

causam Fψ 38 cum τ || damnet ε 39 praebencā F praestantia β
ducentia τ *Burmam. Obertin.* 40 praecipuum l' perpetuum E praeci-

pue L 41 hic ψ || finique D horaeque β || hinc est P 42 atque subitε ||
l' asperiore

propiore L propiore F polo *Meyncke* 43 et F || tepidum βCDPψ II. tepi-

du EFGLN M. tepidum ε 44 tardus F || languidiorue G 45 hoc N ||

multo l' misto E || anne FP 47 hic D || lieus C'EFGN ligus D ligus

L litus [*corr. rec. man. addito c*] P || sagarus N sigaris F sagans ε ||

penens DN penensque FL panensque βEε panens G ponedisque [n *lit-*

terae d superscripta] P penosque τ peniusque II. *cl. Plin. h. n. VI, 4* ||

hyspanisque F licanisque D iponesque P hitanisque βL hitamisque ε

panesque N bitanensque G hicanisque *ed. pr.* hylanusque τ hyconisque

E hypanisque II. || calesque GN calesque F calesque βLεE cathesque

P cathesque τ cacesque D calesque *Is. Vossius* 48 uerticè NP II. ||

ylas DF alis LP 49 parthenisque C pertenusque F perthaneusque

L || cinapses Dβ niphates E cinâpes F cinimphes G cinaspe L syna-

pes N einapsis l' cynapes *edd. uett. euolis eoni. auct. elect. Eton. ni-*

phates con. *Verpoorten*

43 tepidus M 47 Cratesque II 49 Cynapes HM

50 labitur, et nullo tardior anne Tyras,
 et tu, femineae Thermodon cognite turmae,
 et quondam Graiis Phasi petite uiris,
 eumque Borysthenio liquidissimus anne Dyrapses,
 et tacite peragens Iene Melanthus iter,
 55 quique duas terras, Asiam Cadmiquae sororem,
 separat et cursus inter utramque facit,
 innumerique alii, quos inter maximus omnes
 cedere Damuuius se tibi, Nile, negat.
 copia tot laticum quas auget adulterat undas,
 60 nec patitur uires aequor habere suas.
 quin etiam stagno similis pigracque paludi
 caeruleus uix est diluiturque color.
 innatat unda freto dulcis leuiorque marina est,
 quae proprium mixto de sale pondus habet.
 65 si roget haec aliquis cur sint narrata Pedoni,
 quidne loqui certis iuuerit ista modis,
 detinui, dicam, curas tempusque fefelli:
 hunc fructum praesens attulit hora mihi.
 auimus solito, dum scribimus ista, dolore,
 70 in mediis nec nos sensimus esse Getis.
 at tu non dubito, cum Thesca carmine laudes,

50 anne FP || tyras P tyrax N 51 termedon F termmodo L ||
 turbis C^o turbae GNP terre F 52 grais L || potite N 53 et cum
 bistonio F boyštenico L borysthenico βD boristenio P || anne FP ||
 dyrapses β dinapses G darapses D daraspes E durapses F dirapses GP
 clirapses L dyraspes N II. lycastus *coni. auct. elect. Eton. M.* || *fortasse*
Danapris scribendum, quod Borysthenis fluii nomen falso Ouidius alteri
flumini adscripsit. 54 melantus FLP melampus D 55 cadmiquae P
 56 utrumque D 57 max⁹ F || annes E 58 Danubius π *cf. Fleckeisen*
fünfzig Artikel p. 15 || *neget τ Burmann. Oberlin.* 59 laticum P || et
 alterat C 61 similes ε *corr.* 62 diuiditurque G [dil. uirus D] 63
 marina est β[CDE] II. est om. FGL^εNPψ 61 ¹puom P || cum sale
 DN nomen habet β²Pψ 65 rogat hoc D 67 curas tempusque
 βCDEFGLENP tempus curasque *Politian. ψ II. cf. trisl. II, 520. I, 7, 39.*
metam. VIII, 651. *distinui—curas coni. auct. elect. Eton. diminui coni.*
Burmann cf. Bach ad metam. I, 652 69 absimus a solito C alluimus
 β¹ || scripsimus EGNP || dolori CE 71 carmine Thesca C II.

53 Dyraspes II Lycastus M 58 Danubius HM 67 tempus
 curasque HM 69 dolori II 71 carmine Thesca HM

materiae titulos quin tuare tuae,
 quemque refers imitare uiram, uetat ille profecto
 tranquilli comitem temporis esse fidem.
 75 qui quamquam est factis ingens et conditur a te
 uir tanto quanto debuit ore cani,
 est tamen ex illo nobis imitabile quiddam,
 inque fide Theseus quilibet esse potest.
 80 per quos uix ulli peruius Isthmos erat:
 sed praestandus amor, res non operosa uolenti:
 quis labor est puram non temerasse fidem?
 haec tibi, qui perstas indeclinatus amico,
 non est quod lingua dicta querente putes.

11. Gallio, crimen erit uix excusabile nobis,⁷
 carmine te nomen non habuisse meo.
 tu quoque enim — memini — caelesti cuspide facta
 fouisti lacrimis uulnera nostra tuis.
 5 atque utinam rapti iactura laesus amici
 sensisses ultra quod quererere nihil!
 non ita dis placuit, qui te spoliare pudica
 coniuge crudeles non habuere nefas.
 nuntia nam luctus mihi nuper epistula uenit,
 10 lectaque cum lacrimis sunt tua damna meis.

72 meae G 73 imitare CDFPψ uectat L uocat ille τ iste ψ
 75 est om. CE || ingens factis G || conditus DLe corr. condidit F
 arte P cognitus arte τ 76 uix CENP || quantus CDFL auct. el. Eton.
 tantus quanto PE tantus quantus N tanto quanto βGψ et e coni. Scaliger II. 77 ex illo tamen est C || nobis coni. Scaliger. || quiddam P
 quicquam E quoddam P quondam ε² 78 fidem CFLεPψ || quis libet
 F esse potest quilibet N 79 claua ferroque D flammaque ε 80 ~~uix~~^{uix²}
 L || illi CDEGLP ulli [βε]FNψ II. || histmos β hysmos F hismos L
 mons
 ismos P himus ε 81 onerosa DGεNψ 82 uestram D 83 hoc τ || quae
 praestas G praestas FLPNψ || iudedignatus ε non dedignatus τ 84
 tremente *Politian. edd. uell. nonnullae.*

IV, 11 Gallioni β Gallioni amico suo E hanc epistolam mittit gal-
 lioni P 3 caelestia G 7 dis uisum est Fψ 9 noncia F || namque
 tui D iam G || huc nuper G 10 ter lacrimis D || dapna F

sed neque solari prudentem stultior ausim
 uerbaque doctorum nota referre tibi:
 finitumque tuum, si non ratione, dolorem
 ipsa iam pridem suspicor esse mora.

- 15 dum tua peruenit, dum littera nostra recurrens
 tot maria ac terras permeat, annus abit.
 temporis officium est solacia dicere certi,
 dum dolor in cursu est et petit aeger opem:
 at cum longa dies sedauit uulnera mentis,
 20 intempestiue qui mouet illa, nouat.
 adde quod — atque utinam uerum tibi uenerit omen! —
 coniugio felix iam potes esse nouo.

12. Quo minus in nostris ponaris, amice, libellis,
 nominis efficitur condicione tui.
 ast ego non alium prius hoc dignarer honore:
 est aliquis nostrum si modo carmen honor.
 5 lex pedis officio fortunaque nominis obstat,
 quaque meos adeas est uia nulla modos.
 nam pudet in geminos ita nomen scindere uersus,
 desinat ut prior hoc incipiatque minor.
 et pudeat, si te, qua syllaba parte moratur,
 10 artius adpellem Tuticanumque uocem.
 nec potes in uersum Tuticani more uenire,

11 prudentem solari Fτ H. || stultior ε² 12 notaque G 15 recur-
 rat ε² 16 et CG || annus L 17 officium—certi est L H. 18 est
om. ψ || et petit βCDEFGLεNPω dum *edd. uett.* 19 quies P || sana-
 uit τ || mortis N 20 mouet βCDEFGLεNP fouet *c. conl.* H. || nouat P
 mouet Eψ 21 mihi β || uenerat G

IV, 12 Tuticano β Tuticano amico suo E hanc epistolam mittit
 tuticano P ad tucitanum τ ad eucitanum ψ *ed. pr.* 1 quod F¹ qua
^{ast²}
 F² 3 Namque F || primo D || magis hoc τ plus hoc τ ⁿ
 P || honos τ H. 5 naturaque nominis O H. || obstant C 6 habeas
 F || nulla pedes ψ 7 scindere *Tutican.* H. scribere G 8 incipiatque
 sequens τ 9 quae N || moretur LN 11 et potes CFP non DEG
 uersu CDG

11, 11 prudentem solari HM 17 officium s. d. certi est
 HM 18 dum petit HM 20 fouet HM 12, 5 naturaque H
 obstant H 7 scindere HM

fiat ut e longa syllaba prima brevis:
 aut producat^{ur} quae nunc cor^{re}ptius exit,
 et sit porrecta longa secunda mora.
 15 his ego si uitiis ausim cor^{ru}mpere nomen,
 ridear et merito pectus habere neget.
 haec mihi causa fuit dilati numeris huius,
 quod meus adiecto fenore reddet amor:
 teque eamam quacumque nota, tibi carmina mittam,
 20 paene mihi p^uero cognite paene puer,
 perque tot annorum seriem, quot habemus uterque,
 non mihi quam fratri frater amate minus.
 tu bonus hortator, tu duxque comesque fuisti,
 cum regerem tenera frena nouella manu:
 25 saepe ego correxi sub te censore libellos:
 saepe tibi admonitu facta litura meo est,
 dignam Maconiis Phaeacida condere chartis
 cum te Pierides perdoctere deae.
 hic tenor, haec uiridi concordia coepta inuenta
 30 uenit ad albentes inlabefacta comas.
 quae nisi te moucant, duro tibi pectora ferro
 esse uel inuicto clausa adamante putem.
 sed prius huic desint et bellum et frigora terrae

13 aut producat^{ur} EF^ω H. aut ut dicatur β¹ε¹L aut ut ducatur
 β²ε²CNP aut si producat D || cor^{re}ptior D cor^{re}ctius E 14 ut sit
 F || por^{re}cta F por^{re}cta N cor^{re}pta ψ cor^{re}cta τ || secula longa C lon-
 gua F 16 et cunctis E 17 FVITLATI A¹ || nominis GNψ 18
 aducto ε abiecto L || REDDET A¹DEGNε² reddit βε¹CFLP reddat ψ
 AMOR A¹βCDPψ H. amor L ager EFGN 19 quacumque xaiatibi A¹
 mitam
 quoocunque modo τ || dicam F 22 frater frater F 23 hortator mihi
 Pτ 24 scripta nouella ε 25 nempe ego E 26 saepe tuo G tui Pτ
 tibi monitu F || litera facta E tuo — mihi est ψ tuo — mea est ε *ad-*
scripta: meo est ψ tuo est FL² 27 dignum βCDEFGLεNP dignam ψ
 H. dignaque *Politian.* ψ || pheacida E pheatica P || pierie CLψ
 edocere F dec βCDEFGLεNP [cf. *am. II, 11, 36*] tuae E *pr. u. l. II.*
 [cf. *trist. III, 7, 4*] mee L² 29 hic uiridi GF haec in uiridi P || con-
 cordia facta G 30 in albentes GN || illabe facta P 32 inuicto τ
 inuito ψ inducto *coni. H.* || adam. reor N 33 hinc ε || desunt τ de-
 sint P deerunt E

18 ager H 28 tuae HM 32 inducto H

inuisus nobis quae duo Pontus habet:
 35 et tepidus boreas et sit praefrigidus auster,
 et possit fatum mollius esse meum,
 quam tua sint lapsa praecordia dura sodali:
 hic cumulus nostris absit abestque malis.
 tu modo per superos, quorum certissimus ille est,
 40 quo tuus adsidue principe crevit honor,
 effice constanti profugum pietate tuendo,
 ne sperata meam deserat aura ratem.
 quid mandem, quaeris? peream nisi dicere uix est: —
 si modo, qui periit, ille perire potest: —
 45 nec quid agam inuenio, nec quid nolimus uelimus,
 nec satis utilitas est mihi nota mea.
 crede mihi, miseros prudentia prima relinquit,
 et sensus cum re consiliumque fugit.
 ipse, precor, quaeras, qua sim tibi parte iuuandus,
 50 quoque uiam facias ad mea uota uado.

13. O mihi non dubios inter memorande sodales,
 quique quod es uere, Care, nocaris, aue.
 unde saluteris, color hic tibi protinus index
 et structura mei carminis esse potest.
 5 non quia mirifica est, sed quod nec publica certe:

35 trepidus F || et erit F || perfrigidus DFLNPψ 36 posset G
 37 lasso βCDEεFGψ casso τ || clausa sodali DEpr. u. l.Lεψ 39 iu-
 stissimus C 41 perfice ε || profucum P 42 ne superata F despe-
 rata L 43 quaeras *nescio unde Burmann.* || ducere C 45 uolūe² [ue in
ras.] uelī || L 46 mihi nota mea βCDEεFτ mea n. mihi GLN mea mora
 mihi P 47 prud. summa G || reliquit Eψ relinquit P 48 sensus
 F || cum se τ cum te τ 49 ipse uelim τ i. licet τ || sum P 50 qua-
 que FPψ quoque modo N quamque uiam τ || uota modo E¹G u. uide
 DEpr. u. l.FGεP uota uale L

IV, 13 Ad sodales β Caro amico suo E 1 uenerande ψ numerande
 ψ || todales [t *super. pars in rasura*] F 2 qui quod es id βCDGLεN qui
 quod id es E quique quod es EP || nire E || *lacuna quae fuit in codice*
archetypo rectius ab eis expleta uidetur qui que excidisse coniecerunt. 3
 salutaris βCεFPω || color est tibi NP col. huic G || ^{protinus²} proximus ε 5 nec
 quia F non quod N || est om. Lε || certe est βLε || quod non publi-
 ca || N

46 mea nota mihi *HM* 13, 2 qui quod es id uere *H*

- qualis enim cumque est, non latet esse meam.
 ipse quoque, ut titulum chartae de fronte recellas,
 quod sit opus uideor dicere posse tuum.
 quamlibet in multis positus noscere libellis,
 10 perque obseruatas inuenire notas.
 prodent auctorem uires, quas Hercule dignas
 nouimus atque illi quem canis esse pares.
 et mea Musa potest proprio deprensa colore
 insignis uitis forsitan esse suis.
 15 tam mala Thersiten prohibebat forma latere,
 quam pulchra Nireus conspiciendus erat.
 nec te mirari si sint uitiosa decebit
 carmina, quae faciam paene poeta Getes.
 a! pudet, et Getico scripsi sermone libellum
 20 structaque sunt nostris barbara uerba modis:
 et placui, — gratare mihi — coepique poetae
 inter inhumanos nomen habere Getas.
 materiam quaeris? laudes de Caesare dixi:
 adiuta est nouitas numine nostra dei.
 25 nam patris Augusti docui mortale fuisse
 corpus, in aetherias nunc abisse domos:
 esse parem uirtute patri, qui frena rogatus
 saepe recusati ceperit imperii:
 esse pudicarum te Vestam, Linia, matrum,
 30 ambiguum nato dignior anne uiro:

6 est *om.* FGP || mea ε 7 ipse ego ut hunc G || titulum chartae
 βCDGLεNP carte F chartae titulum E *edd. nett. nonnullae H.* || re-
 uellam G 8 quid sit—uidear *coni. H.* 11 produnt NPψ proderit G
 uiro

12 ipse pares CDENP pares F 13 propriis L || pudore τ 15 tersi-
 tem FLP 16 qua G quam populo N || nereus βCDFGLPψ 17 sunt
 EP || licebit Pτ 18 *nouum epistolam orditur β* || feci N 19 ha
 CDFGLP || in getico N || et scripsi getico *nescio unde Weise* || libel-
 los ψ 21 placuit F 23 laudem EFNψ 24 uestra ε² 26 ethereas
 FL || nomen βCL¹ε²Pψ || habere τ 27 patri uirtute parem E parem
 in uirtute P || fraena coactus O *H. cl. Sueton. Tib. 24* rogatus
 βCDEFGLεNP 28 ceperat P 29 saepe pudic. D || uestem EF te
 exemplum N deuestam P 30 ambiguum est DFLε

esse duos iuvenes, firma adiumenta parentis,
 qui dederint animi pignora certa sui.
 haec ubi non patria perlegi scripta Camena,
 venit et ad digitos ultima charta meos,
 35 et caput et plenas omnes mouere pharetras,
 et longum Getico murmur in ore fuit.
 atque aliquis 'scribas haec cum de Caesare,' dixit
 'Caesaris imperio restituendus eras.'
 ille quidem dixit: sed me iam, Care, nivali
 40 sexta relegatum bruma sub axe uidet.
 carmina nil prosunt. nocuerunt carmina quondam
 primaque tam miserae causa fuere fugae.
 at tu, per studii communia foedera sacri,
 per non uile tibi nomen amicitiae, —
 45 sic capto Latiis Germanicus hoste catenis
 materiam uestris adferat iugeniis:
 sic ualeant pueri, notum commune decorum,
 quos laus formandos est tibi magna datos: —
 quanta potes, praebere nostrae momenta salutis,
 50 quae nisi mutato nulla futura loco est.

14. Haec tibi mittuntur, quem sum modo carmine questus
 non aptum numeris nomen habere meis.
 in quibus, excepto quod adhuc utcumque ualemus,
 nil me praeterea quod iunct iuuenies.

31 duo F || parenti L 32 dederant CFGε || cara sui ψ 34
 charta notata τ 37 scribis G || hoc P 38 eris EFLεPψ 40 axe
 tenet FLN || religatum ε² 41 quid prosunt D || carmina semper τ
 42 scriptaque D || more l' fuge F 44 uille F per non uile P perque
 tibi sacrum E et per non uile tibi N 45 latis G 46 nostris Pψ ||
 praebat *edd. uett.* 17 comune P || decorum [βε]CE^{pr.} u. l. FGLNP H.
 duorum DE M. 18 quis l. formandis—datis Cψ quis l. formandis—
 data P data D quos l. formandis—datis τ 49 nostrae praebere Nψ
 praesta τ || momenta G *Vatican. et ex con. Scaliger, et Gronou.* moni-
 menta βCDEFLENP 50 est om. ψ

IV, 11 Epistola ad Tuticanum β Tuticano amico suo E 1 quae
 τ quam F || modo questus amice τ 3 sed adhuc quod uterque F
 4 nil me βCDEFGLεNP nil te ψ *Scaliger. Bersmann.*

47 duorum M 14, 1 te HM

- 5 ipsa quoque est inuisa salus, suntque ultima uota,
 quolibet ex istis scilicet ire locis.
 nulla mihi cura est, terra quo mittar ab ista,
 hac quia quam uideo gratior omnis erit.
 in medias Syrtes, mediam mea uela Charybdi
 10 mittite, praesenti dum careamus humo.
 Styx quoque, si quid ea est, bene commutabitur Histro,
 siquid et inferius quam Styga mundus habet.
 gramina cultus ager, frigus minus odit hirundo
 proxima Marticolis quam loca Naso Getis.
 15 talia succensent propter mihi uerba Tomitae,
 iraque carminibus publica mota meis.
 ergo ego cessabo nunquam per carmina laedi,
 plectar et incauto semper ab ingenio?
 ergo ego, ne scribam, digitos incidere cunctor,
 20 telaque adhuc demens quae nocere sequor?
 ad ueteres scopulos iterum deuertor et illas
 in quibus offendit naufraga puppis aquas?
 sed nihil admisi: nulla est mea culpa, Tomitae,
 quos ego, cum loca sim uestra perosus, amo.
 25 quilibet excutiat nostri monimenta laboris:
 littera de uobis est mea quæsta nihil.
 frigus et incursus omni de parte timendos
 et quod pulsetur murus ab hoste queror:
 in loca, non homines, uerissima crimina dixi.

que²
 5 sunt ultima L || 6 silicet ε si tua ψ 7 qua FN quam *coni. H.*
 quoque Gψ || nisi τ || mittar βCDEFG LNP mutar ε muter ψ I, F, Gronon.
 H. || ut ista *coni. H.* 8 hac quoque DF 9 medias syrtes β *corr.*
 mediam syrtim Dψ || caribdim CDPLP 10 mittat F mittat C mittas
 L 11 si quidem ea est *coni. Gruter.* || comitabitur ε² commutabimur
 CELNω 12 infernus ε² || quam fuga F 13 flamina *coni. Bentley*
 15 successent F succedunt N || mihi propter L 16 publica mora P
 p. parta τ p. nota F 17 ego *om.* F 18, 19 *om.* G 18 plector E ||
 in capto E 19 cur ego Nτ || inuicidere F || cunctor τ 20 sequar
 C 21 deuertar β diuertor DGN || ad illas ψ H. ad illos F 23 ad-
 missi ε || nulla est mihi τ nihil est mea G 24 sum G 25 quislibet
 ε quelibet excuriat P excusat D || doloris C || [momenta ψ] 27 ti-
 mendus P 28 pulsatur ψ 29 carmina ε²τ || dixi [^{xi} in ras.] F

14, 7 quam muter H quo muter M ut ista H 21 ad illas H

- 30 culpatis uestrum uos quoque saepe solum.
 esset perpetuo sua quam uitabilis Asera
 ausa est agricolae Musa docere senis:
 et fuerat genitus terra qui scripsit in illa:
 intumuit nati nec tamen Asera suo.
- 35 quis patriam sollerte magis dilexit Vluxe?
 hoc tamen asperitas indice nota loci est.
 non loca, sed mores scriptis uexauit amaris
 Scepsius Ausonios, actaque Roma rea est:
 falsa tamen passa est aequa conuicia mente,
- 40 obfuit auctori nec fera lingua suo.
 at malus interpres populi mihi concitat iram
 inque nouum crimen carmina nostra uocat.
 tam felix utinam quam pectore candidus essem!
 extat adhuc nemo saucius ore meo.
- 45 adde quod Illyrica si iam pice nigrior essem,
 non mordenda mihi turba fidelis erat.
 molliter a uobis mea sors excepta, Tomitae,
 tam mites Graios indicat esse uiros.
 gens mea Pacligni regioque domestica Sulmo
- 50 non potuit nostris lenior esse malis.
 quem uix incolumi cuiquam saluoque daretis,
 is datus a uobis est mihi nuper honor.

30 saepe locum DEΓεψ 31 mutabilis τ mirabilis τ miserabilis τ
 ut illaudabilis *coni.* Bentleius uitabilis sapa? D || asere β astra asera
 F 32 argolice F argolici N argolica ε² 33 et βCEFGLEñPω at D
edd. uett. H. || genitus terra βCDEFGLEñPω natus terra N terra geni-
 tus *edd. uett. H.* || si scripsit F || ut illa P in illam L 34 intumuit
 F || non Dψ 35 ulisse F 36 haec G || indice CEGψ || dicta loci
 est CDEFGLEñP docta βN facta ψ nota Oψ H. || soli ψ licī C || est
 om. ψ 37 nec loca NP || sermones dictis P s. m. dictis F sed scriptis
 mores N || nexarat D || iniquis G 38 septius β *corr.* DLNP[ε?] septius P
 accius E sepius τFG celsius C scepsius *e coni.* Scaliger. *cll. Plin. h.*
n. XXXIV, 7 || ausomos P || auctaque F actaue P 39 passa tamen
 falsa N 40 auctori LεN 41 populi modo D populum mihi uertit in
 iram NPτ || cocitat F 43 quam felix candidus C 44 restat FG ||
 adhuc P || uenio saucius F 46 nec DP || laedenda τ || turba sodalis
 O || erit G 47 militat a nobis N a nobis P || accepta L 48 gratos
 βGLEñPψ gethicos F || ηρι uiros F 50 mollior ψ leuior βεP 52 est
 datus a u. is mihi CE est d. a u. hic mihi F

solus adhuc ego sum uestris immunis in oris,
exceptis siqui munera legis habent.

- 55 tempora sacrata mea sunt uelata corona,
publicus inuito quam fauor inposuit.
quam grata est igitur Latonae Delia tellus,
erranti tutum quae dedit una locum,
tam mihi cara Tomis, patria quae sede fugatis
60 tempus ad hoc nobis hospita fida manet.
di modo fecissent, placidae spem posset habere
pacis et a gelido longius axe foret.

15. Siquis adhuc usquam nostri non inmemor extat,
quidue relegatus Naso requirit agam:
Caesaribus uitam, Sexto debere salutem
me sciat: a superis hic mihi primus erit.
5 tempora nam miserae complectar ut omnia uitae,
a meritis eius pars mihi nulla uacat.
quae numero tot sunt, quot in horto fértilis arui
punica sub lento cortice grana rubent,
Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos,
10 quot Sicyon bacas, quot parit Hybla fauos.
confiteor, testere licet, signate Quirites: —
nil opus est legum uiribus, ipse loquor: —
inter opes et me, paruam rem, pone paternas:

53 sum geticis τ || in arnis P 55 tempora β corr. tempora P |
uallata ψ 56 quam furor C fauor ipse fuit P dedit E 58 ante lo-
cum O [cf. *fast.* I, 337] 59 grata ψ || tomos E²Gψ thomos [alterum o in
ras.] F tomis β corr. Pψ domus CDE tomus LN || a sede CFGL 61
placidam β || possit F

IV, 15 Sexto Pompeio βE 1 extat nostri non inmemor usquam
E 2 requirat βCDEFGLεP requirit Nψ requirit *ex duob. codd. H.*
6 huius ψ 7 qui F || agri CDeNψ 8 lenta C lecto F || poma D
latent Nψ 9 affrica FL tmolia βC tinola L thimolia P gnosia DFGε²
Politian. Nψ || molles ε¹ quot habet methymna racemus I quot tmolia
terra E 10 sycion PL sithion P || et scitica baceas G bachas F
gerit N || ibla L ybla P 11 testare CFPψ || signare FFPψ narrare ψ
quiritis ε² 12 loquar E 13 paruam rem βDLεPψ rem paruam
CEFGN et rem me paruam ψ || tu pone N

15. 3 rem paruam. *HM*

- pars ego sim census quantulaecumque tui.
 15 quam tua Trinaeria est regnataque terra Philippo,
 quam domus Augusto continuata foro,
 quam tua, rus oculis domini, Campania, gratum,
 quaeque relicta tibi, Sexte, uel empta tenes:
 tam tuus en ego sum, cuius te munere fristi
 20 non potes in Ponto dicere habere nihil.
 atque utinam possis, et detur amicus aruum
 remque tuam ponas in meliore loco!
 quod quoniam in dis est, tempta lenire precando
 numina, perpetua quae pietate colis.
 25 erroris nam tu uix est discernere nostri
 sis argumentum maius an auxilium.
 nec dubitans oro: sed flumine saepe secundo
 augetur remis cursus cantis aquae.
 et pudet et metuo semperque eademque precari,
 30 ne subeant animo taedia iusta tuo:
 uerum quid faciam? res immoderata cupido est:
 da ueniam uitio, mitis amice, meo.
 scribere saepe aliud cupiens delabor eodem:
 ipsa locum per se littera nostra rogat.
 35 seu tamen effectus habitura est gratia, seu me
 dura iubet gelido Parca sub axe mori:
 semper inoblita repetam tua munera mente
 et mea me tellus audiet esse tuum.
 audiet et caelo posita est quaecumque sub illo,
 40 transit nostra feros si modo Musa Getas:

14 sim [$\beta\epsilon$]G ψ H. sum CDEFLNP 15 tellus regnata E 19* te
 numine N 21 ut detur *edd. uett. prob. Bersmann.* || mitius aruum $\beta^2\epsilon\psi$
 amicicius P 22 ponas ut τ 23 rogando D ϵ F ψ 25 iam tu L || de-
 cernere DEG H. Fr. Gronouius 27 non G || dubites PN || nam flu-
 mine N flamine DF 29 semper GN 30 iusta meo τ 31 est om.
 F ϵ 32 noto τ 33 aliquid DG || dilabor P 34 petit τ facit τ
 35 est om. L || seu me I' seu nos E seu non F 36 rubet F nidet τ ||
 medio C || partha sentiat τ 38 audiat β 39 audiat P || quae-
 cumque posita est F posita — ipso est *corr.* illo β sub illo L ψ H.M. nullo
 CDEFGNP *prob. Bentleyus, Weise* 40 transit musa feros si modo nostra
 LX si mea musa G si mea F

teque meae causam servatoremque salutis,
meque tuum libra norit et aere minus. —

16. Inuide, quid laceras Nasonis carmina rapti?
non solet ingeniis summa nocere dies
famaque post cineres maior venit, et mihi nomen
tunc quoque, cum niuis adnumerarer, erat:
5 cum foret et Marsus magnique Rabirius oris
Iliacusque Macer sidereusque Pedo:
et qui Iunonem laesisset in Hercule Carus,
Iunonis si iam non gener ille foret:
quique dedit Latio carmen regale Senerus,
10 et cum subtili Priscus uterque Numa:
quique vel inparibus numeris, Montane, vel aequis
sufficis et gemino carmine nomen habes:
et qui Penelopae rescribere iussit Vlixen
errantem sacuo per duo lustra mari:
15 quique suam Trisemem *inperfectumque dierum
deseruit celeri morte Sabinus opus:
ingeniique sui dictus cognomine Largus,
Gallica qui Phrygium duxit in arua senem:
quique canit domito Camerinus ab Hectore Troiam:

41 servata remque P saluatoremque ψ 42 teque F || norit aere
G noris C || minus β CDGNP magis L minus l' magis EF || meque
tuum munus non tenuante libra N

IV, 16 Ad inuidum β 4 tum DEN || annumeraret N 5 cumque
foret marsus β DEG ϵ NP sabirius β fabirius N sabinius G rabiuius ϵ fa-
bellius F tabilius P 6 ceeropiusque *coni. Bentleyus* 7 quis G || et
iunonem qui laesit in N 8 iunoni G || si non iam G H. || genus DN
neger P || foret ille gener F ϵ G 9 quiqueque L || nomen τ 12 car-
men F 13 quae D || fecit G || ulixem FGL 14 errantem dubio τ
15 trisemem β trimesem L troezinen E troizen τ trozenem P crozimen
l' trisam τ trocrem l' troien τ troadem ψ trezenem ψ tromen, troicem,
troizen, trimeson, tumesen *singuli* troecen CDG M. troezena H. quique
sua heroon *coni. R. Merkel praef. fast. Ouid. p. CCLIV* Chrysen *coni.*
Roeperus [cf. O. Ribbeck *fragm. trag. lat. p. 254*] 16 onus L 18 du-
cit CD dixit ϵ || in arua β pr. u. l. ϵ FG 19 domito β CDEFGL ϵ P do-
mitam Epr. u. l. N ψ || cantrius L || ab hectore β CDEFGL ϵ NP ab
hereule *Politian. ψ H.*

16, 8 non iam HM 13 Vlyssen H 15 Troezena H Troe-
zen M 19 domitam — ab Hereule HM

- 20 quique sua nomen Phyllide Tuscus habet:
 ueliuolique maris uates, cui credere possis
 carmina caeruleos composuisse deos:
 quique acies Libycas Romanaque proelia dixit:
 et scripti Marius dexter in omne genus:
- 25 Trinacriusque suae * Perseidos auctor, et auctor
 Tantalidae reducis Tyndaridosque Lupus:
 et qui Maconiam Phaeacida uertit, et una
 Pindaricae fidicen tu quoque, Rufe, lyrae:
 Musaque Turrani tragicis innixa cothurnis,
- 30 et tua cum socco Musa, Melisse, leui:
 cum Varius Gracchusque darent fera dicta tyrannis,
 Callimachi Proculus molle teneret iter:
 Tityron antiquas passerque rediret ad herbas —
 aptaque uenanti Gratinus arma daret:
- 35 Naidas a satyris caneret Fontanus amatas,

20 suum G || tuscus phyllide [FL] nomen P non tuscus F troeus
 N tutus ε² 21 uates in marg. F || possis βψ H. posses CDEFGLENP ||
 nomen coni. Merkel. ad Ib. p. 377 24 scriptor marius β marius
 scripti reliqui codices || promptus CDEF in marg. εψ 25 tynacriusque
 GN [ericusque E] perseidis Dτ perseydis [y in ras.] F || auctor et
 actor CLL auctor et auctor [u in ras.] F ductor et auctor ε 26 tin-
 daridisque CDEGLN tindaridesque F || hic deficit F 27 meonian EGLψ
 maconidam D maconidae coni. Scaliger. || ceateida β caecida L pheatida
 N || uni β¹ ime P uae coni. Roepers. 28 pindaricae G pindaride phidiceu
 G || ruffe G 29 turoni G taratani N traiani P turalli L || innexa ετ in-
 mixta G 30 molisse LP molissi τ modose N properti C Politian. proterue
 G || lenis βCDEGLENP leui e coni. Heinsii M. 31 uarins β²GPτ uarus
 β¹NCDE uatus L marius ε || gratusque LεNτ gracusque P || parent C
 tyrannis β et e coni. H. tyranni CDEGLEN tirampuis P cf. Ribbeck trag.
 lat. rell. p. 349. Weichert de Var. et Cass. p. 73 32 callimachi P 33

¹ recubasse refertur² et erat qui gigneret²

tityron antiquas passerque rediret ad herbas β tytirus (tityron C)
 antiquas et erat qui pasceret herbas CDEpr. u. l. L H. t. a. e. e. q. di-
 ceret h. P titiron a. e. e. q. uineret h. ε tityrum et antiquas recubasse
 referret ad umbras E t. et a. recubasse refertur ad herbas N recubasse
 referret ad aras τ l' erat qui gigneret ψ tityrus aeternos caneret qui
 proeret herbas τ Tityrus antiquis armentaque pasceret herbis coni.
 Withof. Tityron aprica recubantem pangeret umbra uel Tityron aprica
 recubasse referret in umbra uel Tityron apicus recubasse referret ad
 umbras uel ndas coni. H. fort. Tityrus antiquas pastorque rediret ad her-
 bas ell. Vergil. ecl. VI, 45. IX, 23 sq. Tityron Andinasque esset qui di-
 ceret h. coni. Roepers. 34 altaque E || uenandi DNψ 35 naidas βP
 naiades DEGL naiadas NC || a om. LN

21 nomen M 24 Marius scripti HM 31 Varus HM 33
 Tityrus antiquas et erat qui pasceret herbas HM

clauderet imparibus uerba Capella modis:
 cunq̄ue forent alii, quorum mihi cuncta referre
 nomina longa mora est, carmina uulgus habet:
 essent et iuuenes, quorum quod inedita cura est,
 40 adpellandorum nil mihi iuris adest.
 te tamen in turba non ausim, Cotta, silere,
 Pieridum lumen praesidiumque fori,
 maternos Cottas cui Messallasque paternos
 maxima nobilitas ingeminata dedit.
 45 dicere si fas est, claro mea nomine Musa
 atque inter tantos quae legeretur erat.
 ergo submotum patria proscindere, liuor,
 desine neu cineres sparge, cruenta, meos.
 omnia perdidimus: tantummodo uita relicta est,
 50 praebat ut sensum materiamque mali:
 quid iuuat extinctos ferrum demittere in artus?
 non habet in nobis iam noua plaga locum.

37 quorum me D q. modo N 38 mora longa P || habent *pr. Me-*
dic. ψ 39 musa DG caussa β CEL ϵ NP cura τ H. 41 tanta in turba
 EP ψ tantum in t. N || cocta P 42 fore ϵ^1 43 maternosque cotas cui
 messalinosque G fraternas cotas cui messallasque paternas L frater-
 nos c. ϵ^1 maternos cottas cui messallosque paternos N coctas c. mes-
 saloque P messallosque ϵ 44 maxima β *corr.* maxime β^1 ? *et c coni.*
Burm. proxima N 45 musa est G 46 regeretur β 47 sumnotum
 P 48 nec cineres G ϵ^2 N 50 malis G H. mali β CDELE ϵ NP ω 51 dimitt-
 ere β CDEGLE ϵ NP ω H. demittere *edd. uett. M.*

EXPLICIT OVIDIUS DE PONTO C Explicit liber P. Ouidii Naso-
 nis de Ponto E Explicit liber ovidii de ponto L² Sic liber expletur gra-
 tia christo detur P.

50 malis HM 51 demittere H.

INDEX.

Hoc signo ^o significavi verba, quae in versibus spiriis leguntur, cruce ea, quae coniectura textui inserta sunt.

A.

- a (excl.) I, 1, 7; 8, 71; IV, 1, 16; 3, 29.
